Et primum quidem pro tali tum grato benignoque responso consily sapien. ac beniuolentissimi officy pleno quod pridem de communi uniuersorum voluntate et consensu in illo amplissimo Friburgense generali conuentu eisdem Ser-mis d-nis meis regibus solienniter dari placuit, maiestates ille earundemque regna ex asperis dubysque rebus in spem alacriorem non mediocriter restituta promissorum tantorum non ingrata excellencys vestris simulque statuum singulorum ordinibus amplissimas agunt gracias. Хвала императору за его попеченія не только о спасеніи Венгріи и Польши отъ разоренія, но и о безопасности христіанства, а также за старанія ослабить возрастающее могущество турокъ. Et quod tunc salubriter instituit, id re ipsa nunc et effectu prompto ac alacri animo sese exhhibere velle ac perficere, in illo ipso beniuolentissimo responso clementer declarauit. Проситъ объ исполненіи обѣщанія и представляетъ опасность отъ турокъ и нравственную отвѣтственность христіанскихъ государствъ за оставленіе безъ помощи покоряемыхъ ими христіанскихъ народовъ. Dumque Valachia, Thaurica quoque Chersonessus, cetereque provincie christiane rediebantur in seruitutem, obaudite fuerunt pereuncium finitimorum preces atque querele, presidia nostra deposcencia.

Responsio Cesaree M-tis super articulis quos d. orator S. principum Wladislai Hungarie et Bohemie ac Alberti Polonie regum S. M-ti proposuit et replicauit. (Libri legationum, № III, lit. C, f. 123 v. sqq. cf. f. 89 v. sqq.).

Et primo quantum ad id quod prefati d. S-mi Reges per supradictum oratorem suum a Cesarea M-te petunt, ut contra Thürcos seu Christi immanissimos hostes sibi auxilium ferat et una secum contra illos expedicionem summat, uniuerseque christiane reipublice que in dies eorum incursibus et depopulacionibus devastatur communibus viribus opitulentur. Respondit C. M-tas quod cum semper animi

fuerit sitque ad huncusque diem eiuscemodi expedicionem cunctis viribus suis incumbere, gratissimam sibi fuisse requisicionem supradictorum S. Regum. Sed cum hactenus ipsa ob plurimorum hostium infestos animos, quibus iam multis annis obsistere coacta fuit, Maximeque a S. Francorum rege qui inter ceteros potentissimus est ad hunc diem se defendere oporteat, qui non contentus victoria ducatus Mediolanensis in dies totam Italiam et hodierno die Pisas et Senas occupare intendit, que nullo jure ad illum spectant, sed Sacro Imperio immediate subiecta sunt, Diuertitur invita ab eo perficiendo desiderio quidem (quod) ab ineunte fere etate potissimum pre oculis habuit et toto semper cordis affectu concupivit, cum tamen electores cetérique principes et status S. Rom. Imperii in hoc celebri conuentu Augustense congregati, Cognosce(re)nt inprimis ipsius Ces. M-tis animi? quantunque christiane reipublice necessitas hanc opem requi(re)ret, Ne diucius tanta damna christifidelibus inferantur, unanimi voto et consensu decreverunt, non modo contra Thurcos seu Machmeticos hostes catholice fidei consulere sed eciam contra alios quoscunque, qui S. Imperio infesti sunt, oportunis remedys prouidere. Quod tamen cum non facile agi posse videatur, nisi prius constituta et firmata pace inter ipsam Ces. M-tem et S. Francorum regem quibus ab hostilibus armis quiescentibus, omnis postea expedicio facilior futura est, constituerunt dignam quandam legacionem ad ipsum S. Francorum regem propter tractandam pacem et concordiam supradictam mittere, Que cum propediem ad statutum iter profectura sit, Non possitque Ces. M-tas ullomodo absque tali concordia et pace propter Italie oppressionem contra Thurcos statutam prouinciam assumere Predictos S. Hungarie et Polonie reges intelligere cupit, Quod omnino concordia ipsa que omni iudicio futura creditur, expectari debeat, et cumprimum illa secuta fuerit, vult S. M-tas prefatis regibus significare et ipsorum et aliorum christianorum principum consilio tractare, quo pacto quibusue medys talis expedicio suscipienda videatur ut cum honore tociusque christiane reipublice commodo et augmento perfici possit. Intendit S. M-tas tunc cum omnibus S. Rom. Impery viribus atque potencia huic negocio incumbere. Si autem pax ipsa apud prefatum Francorum regem, pro christianorum salute obtineri non possit, constituerunt et ordinauerunt S. M-tas et ipsi principes consilium quoddam generale, quod in urbe Nernberga residens consulere pro tempore debebit non modo necessarie expedicionem contra Thurcos suscipiendem, sed omnibus eciam incumbentibus occurrencys, que S. Rom. Imperium concernunt, estque sita maxima spes Ces.

M-ti in eadem ordinacione, et minime dubitat ibidem super his omnibus bene ac serie prouidere debere, et si ipsi Ser. Hungarie et Polonie reges particularius modum et formam suscipiende expedicionis intelligere voluerint, mittere poterint oratores suos ad consilium prenominatum, ubi singulatim omnia percupient. Confiditque ipsa Ces. M-tas tanto leuius imminenti necessitati prouideri posse, quod nunc in hoc conuentu a toto Imperio subsidia constituta sunt, quibus sufficiens et idoneus exercitus comparari ac retineri tam diu poterit quoad omnis suscepta expedicio absoluatur.

Item ad hoc quod prefati Ser-mi Hungarie et Polonie reges per prefatum oratorem suum polliceri videntur Ces. Maj-ti quod si opus esset velint mittere ad Ser-mum Francorum regem oratores suos, ad interponendum partes quod pax cum Sua M-te et ipso Francorum rege fieret et tractaretur, habet Ces. M-tas ipsis ingentas gracias de bono et cordiali affectu, quo Suam M-tem complectuntur, Sed quia? in hoc negocio per Sacrum Romanum Imperium habunde consultum fuit, nec eadem officia ab alys eciam regibus et principibus, qui ultro hoc offerebant suscepta sint, Non videtur Sue M-ti nocere? quod reges ipsi, pronunc oratores suos ad hoc destinent.

Item quantum ad nepotem illum Mosthkouie ducis, Cesarea M-tas ad requisicionem Polonie regis vult ipsi regi moremgerere. Scit namque quid mali Polonie regno proinde oriretur, est que tanta Ces. M-tis erga Polonie regem beniuolencia, ut in hoc et alys suis nedocijs sui peticioni condescendere prorsus inclinata sit, dummodo Quod? ipse contra, erga Ces. M-tem se ita exhibeat, sicuti de illa Ces. M-tas bene sperat. Nec tam leuitér Gallorum Venetorum et eorum sequacium atque coherencium fantasmatibus fidem adhibeat...

Въ 7006 г. воевода Стефанъ, желая отмстить свою обиду, съ великою силою напалъ на Польшу, — пожогъ города и отвелъ множество жителей въ плѣнъ; въ то же время напали на Польшу и татары (Ипат. списокъ волынской лѣтописи въ П. С. Р. Л. II, 361).

Въ 7006 г. въ февралѣ Іоаннъ III благословилъ и пожаловалъ великимъ княженіемъ внука своего, в. кн. Дмитрія Іоанновича (П. С. Р. Л. IV, 270; VI, 43, 241 сл. 279; VIII, 234 сл.).

7006—(1498) марта 29. Посольство отъ Іоанна къ Александру съ кн. В. Ромодановскимъ и В. Кулешинымъ, съ оправданіемъ поступковъ вел. князя. Говоритъ: «Да и то вамъ нелюбо, что шлемъ пословъ своихъ до перекопскаго и до волошского и до турецкого.—А что послы

наши ходятъ до перекопского и до волошского, также и ихъ послы до насъ ходятъ, ино, брате вѣдомо тебѣ и самому, что ещо за отца твоего, короля, Менли Гирей перекопскій съ нами въ любви и одиначествѣ; также и волошскій Стефанъ воевода съ нами въ свойствѣ и въ одиначствѣ; ино мы до нихъ своихъ пословъ посылаемъ, а они къ намъ посылаютъ о нашихъ дѣлѣхъ, а не на твое, своего брата, лихо послы наши межи насъ ѣздятъ. А ещо къ перекопскому и къ волошскому наказывали есмя съ своими послы и о твоемъ дѣлѣ, чтобы они съ тобою, съ нашимъ братомъ и зятемъ, были какъ и съ нами,— другу бы твоему друзи были, а недругу недрузи; и они къ намъ и неоднова наказывали съ нашими послы, да и съ своими послы, да и нынѣ къ намъ наказали, что съ тобою миру хотятъ, ино съ ними ты миру не хочешъ. А къ турецкому посылали есмя своего посла о которыхъ дѣлѣхъ, и мы тѣ дѣла и тебѣ, своему брату, вѣдомы учинили а не на твое есмя, своего брата, лихо посылали, занже есмя съ тобою, съ своимъ братомъ, въ любви и въ крестномъ цѣлованьи. А ты, нашъ братъ, посылаешъ своихъ пословъ къ нашимъ недругомъ не на одну сторону, и мы на тебѣ, на своемъ братѣ, тово не искали, то ты, нашъ братъ, вѣдаешъ, гораздо ли такъ посылаешъ къ нашимъ недругомъ черезъ наше съ тобою докончаніе (Посольск. кн. Метр. л. 614 сл.).

Жалоба на неисполненіе постановленія, что написано въ докончаніи: «посламъ и гостямъ путь чистъ по нашимъ землямъ на обѣ стороны, и исъ которыхъ земль къ намъ послы и купцы пойдутъ, и ты ихъ черезъ свою землю къ намъ не пропускаешъ; а гостей нашихъ въ твоей землѣ грабятъ и мыта на нихъ лишнія емлютъ, а посломъ нашимъ черезъ свою землю пути не даешъ. А что еси далъ путь черезъ свою землю нашему послу къ волохомъ, и волошскому послу къ намъ прити и отойти, и нынѣча слухъ намъ пришелъ, что деи еси того волошского посла, черезъ наше съ тобою докончанье, къ волохомъ по своей землѣ не велѣлъ пропустити, а велѣлъ еси его изымати». Требуетъ свободнаго пути посламъ и гостямъ. «А посла бы еси волошского велѣлъ отпустити къ его государю къ Стефану воеводѣ... Осенесь пришолъ къ намъ слухъ, что еси пошолъ на Стефана, воеводу волошского; и мы къ тебѣ посылали своего боярина Петра Григорьева да діака своего Ивана, чтобы еси памятовалъ на наше съ тобою докончаніе, а на Стефана бы воеводу не ходилъ. И ты къ намъ отказалъ съ нашими послы, что еси на Стефана воеводу не пошолъ; и ты самъ на Стефана воеводу не пошолъ, а на него еси посылалъ воеводъ своихъ съ людми на помочь своему брату. Ино, брате, го-

раздо ли такъ дѣлаешъ: къ намъ еси съ нашими послы отказалъ, что на Стефана воеводу еси не пошолъ, а рать еси свою на него посылалъ... А нынѣча, брате, слухъ намъ таковъ, что наряжаешся, а хочешъ ити ратью съ своимъ братомъ, съ королемъ съ полскимъ на Стефана, воеводу на волошского. И ты бы, брате, памятовалъ на наше съ тобою докончаніе, чтобы еси на Стефана, воеводу на волошского не ходилъ, ни людей бы еси своихъ на помочь брату своему не посылалъ, а за то бы еси, брате, съ нами нежитья не хотѣлъ.» (Тамъ-же л. 616 сл.).

Тѣмъ-же посламъ наказано было объявить вел. княгинѣ Еленѣ, что Іоаннъ докончанья съ Александромъ никогда не нарушалъ; «а ты ко мнѣ да и къ матери и свои грамоты присылала, чтобы мнѣ съ перекопскимъ побberечи вашего дѣла,» и Іоаннъ писалъ къ перекопскому и къ Стефану, чтобы они были съ Александромъ заодинъ, но они отвѣчали, что съ Александромъ миру хотятъ, но онъ съ ними миру не хочетъ; далѣе указывается на неисполненіе Александромъ условія о послахъ и купцахъ,—что онъ не пропустилъ турецкаго посла въ Москву, волошскаго же посла вопреки обѣщанію изымати велѣлъ на возвратномъ пути его; наконецъ, къ явнымъ нашимъ недругамъ, въ орду и къ свейскому воеводѣ къ Стентуру, пословъ своихъ завсе посылаетъ, уговаривая орду идти на Москву и на Менгли-Гирея. (См. Сборникъ Рус. Ист. Об. XXXV, № 53).

1498 (7006) іюля 20. Отъ Александра пріѣхали послы Станиславъ Петряшковичъ Кишка и Ив. Сапѣга съ отвѣтомъ на жалобы Іоанна и съ встрѣчными жалобами на Менгли Герея, который вопреки своей присягѣ сдѣлалъ набѣгъ на Черниговъ, «а воевода волошскій такожъ войско турецкое перепустилъ черезъ свою землю въ нашу землю и шкоды тежъ нашимъ землямъ чинятъ. Ино самъ то, братъ нашъ, и посмотри, какая то ихъ пріязнь къ намъ: до тебе, брата нашего, наказываютъ, хотятъ съ нами быти въ миру, а нашими послы и своими послы къ намъ наказываютъ, потомужъ хотячи жити въ пріязни; а мы на ихъ посолства оплашиваемся и въ украинъ нашихъ не осматриваемъ, а они черезъ свои слова и черезъ присяги намъ такіи великіи шкоды почииили и теперь чинятъ, а мы то имъ терпѣли для твоего слова, брата нашего». Александръ проситъ Іоанна обослать царя перекопскаго и воеводу Стефана, чтобы они Литвѣ шкодъ не чинили; въ случаѣ ихъ согласія на это, Александръ хочетъ быть съ ними въ пріязни; въ противномъ же случаѣ напоминаетъ Іоанну докончальное условіе быть заодинъ на всякаго недруга.

(Посольск. кн. Метр. л. 657 сл.) Сверхъ того приводились другія жалобы. Іоаннъ приказалъ отвѣчать посламъ встрѣчными жалобами и между прочимъ,—что Александръ не далъ никакого отвѣта на жалобы предъявленныя черезъ кн. Ряполовскаго (меж. прочимъ о ссылкахъ съ ордою и съ Стенстуромъ, о непропускѣ пословъ), что просилъ помощи «украдываючи отъ насъ то, что пошелъ съ своимъ братомъ, съ королемъ польскимъ, на нашего пріятеля, на Стефана воеводу волошскаго, а послѣ представленіі сдѣланныхъ черезъ Заболоцкаго, вопреки обѣцанію, послалъ рать свою на Стефана; на вторичныя же представленія обѣщалъ прислать свое посольство съ разъясненіемъ по этому дѣло, не не исполнилъ обѣщанія; хотя де въ виду всего этого было бы непригоже посылать къ Менгли-Гирею и къ Стефану, чтобы они были съ Александромъ въ миру, того дѣля, что онъ самъ намъ по докончанью не правилъ, но памятуючи свойство, что дочи наша за нимъ, да и христіанскаго ради добра» Іоаннъ согласенъ отправить желаемыя Александромъ посольства къ Менгли Гирею и къ Стефану. (Тамъ же л. 666 сл.)

Въ 7007 г. Іоаннъ Альбрехтъ заключилъ договоръ съ Венгріею и миръ со Стефаномъ для борьбы съ турками; узнавъ объ этотъ, султанъ Баязетъ проситъ у него мира (П. С. Р. Л. II, 362).

№ 103. 1498 іюля 20. *Litterae confederacionis et unionis perpetue Regnorum Hungarie et Polonie ac waieuodae Moldaviae.* Dat. Cracoviae feria sexta festi S. Margarethae, A. D. 1498. Extract. (Метрика Коронная. Libri legationum № III p. 136 v. sqq.). Dogiel I, 86 сл. cf. pp. sqq.

Nos Ioannes Wythez decretorum doctor episcopus... Nicolaus de Lyndwa Magister curie Regni Hungarie supremus, Andreas Both de Bayna Comes comitatus Zaladiensis et Emericus Czoberzenthmyhal Consiliary Regy etc. Significamus quibus expedit uniuersis Qualiter Ser-mus Princeps et dom. d. Wladislaus D. gr. Hungarie Bohemieque Rex d. noster grat-sissimus inherendo suorum predecessorum Regum vestigiis cupiensque perpetuis aduersus impyos christiane religionis hostes vires suas extendere potius quam differencys cum quibuscumque christianis incumbere, Nos cum pleno libero et sufficienti mandato ac omnimoda facultate suffultos, habito etiam super hoc prelatorum et baronum suorum consensu, misit nos ad Ser-mum d. Ioannem Albertum D. gr. Regem Polonie germanum suum ac dominos prelatos barones Regni Polonie ad tractandum, disponendum, diffiniendum, concludendum, firmandum, roborandum cum S. M-te suisque prelatis et baro-

nibus que ad conseruacionem continuacionem stabilimentum et robur mutue amicicie bone fraternitatis et perpetue pacis inter ipsas ambas M-tes eorumque Regna facere viderentur et possunt, prout in ipso mandato sub appendenti sigillo prefati Ser-mi d-ni Regis d. nostri clarius continetur. Cum igitur ad discussionem eorum que pacem ipsam conservare aut perturbare deinceps possent, ipso pacis Auctore concedendote cum hoc Ser-mo d. Rege Polonie suisque prelatis et baronibus in sequentes conclusiones et articulos deuenimur pro conseruacione dicte pacis, amicicie intelligencie et bone fraternitatis que iam pridem utrumque perturbate fuerunt: (см. слѣд. №).

1498 іюля 20. *Confederacio Seren-morum d-norum Polonie et Ungarie regum.* Joannes Albertus rex Poloniae ratos habet articulos foederis cum Vladislao rege Hungariae et Alexandre M. D. Lithuaniae conclusi. (Lib. legat. C. № III f· 7 v.) Ср. Dogiel I, 89 sqq.

Johannes Albertus D. gr. Polonie etc. Rex Significamus etc. Quomodo prouidens solercia et cura benegerendarum rerum ut Respublica propensior Ungarie et Polonie Regum animaduertens suorum regnorum vicinitatem et coninnctionem existere ut alterum alterius adiutum presidio in procurandis commodis propulsandisque incommodis bene administrari queat pro stabilimento saluteque ipsorum federa amiciciamque mutuam inhibant pactis inscripcionibus concordiam omnemque pacis et adversus quoslibet hostes defensionis intelligenciam firmantes que et si hucusque non penitus sublata violata que fuere tamen sub varia transactorum temporum condicione varysque modis ipsa pacta et pristina federa predictorum Regnorum quasi intermissa videbantur, adeo ut iam in dissimulaciones iamque in clandestina et (nonnunque) aperta odia Res et status utrorumque Regnorum cum dispendio et iactura rei christiane processerant miseracione tandem divina afflatum est ut una voluntate communi labi christiane consuleretur, Iccirco nos Iohannes Albertus Rex prefatus cum Ser-mo principe d. Wladislao D. gr. Ungarie et Bohemie Rege Germano nostro charissimo sic instincti divinitus volentes future ruine ampliori et imminentis cuiuscunque hostilitatis truculencie concorditer occurrere Statuimus nos quidem Johannes Albertus Rex personaliter, prefatus vero d. Vladislaus R. per reuerendum in Christo patrem d. Joannem Vitez decretorum doctorem episcopum Vesperimens. ac Vigens. eclesiarum commendatarium, et magnificos viros Nicolaum Bamphis de Lyndwa supremum magistrum curie regni Ungarie, Andream Bot comitem comitatus Zaladiensis et Emericum Czobor de Czobor-

zentnihal oratores suos cum pleno mandato ad eiusmodi tractatus ad nos per suam fraternam maiestatem missos super unione firmanda innovandisque federibus ac quibusuis occasionibus defensionum sopien. et componen. animis ordinacionem et determinacionem firmare innovare et perpetuare ad honorem Dei omnipotentis et pro fidei katholice defensione ac regnorum nostrorum augmento presidio et tutela sub articulis infrascriptis:

Et quia prefat. Ser-mus d. Ungarie Rex ad nos inprimis pro magnifico Stephano Voyewoda Moldawie in nos delinquente intercedere dignatus est, Ideo moremgerere cupientes sue fraterne maiestati ad eius intercessionem et peticionem, predicto Stephano Voyewode et provincie Moldauie damus pacem perpetuam Ita quod inter nos et illustrissimum principem d-m Alexandrum Mag. Ducem et ducatus Lythwanie germanum nostrum eque charissimum et ipsum Stephanum Voyewodam fiat pax perpetua Quem quidem Stephanum Voyewodam in graciam nostram pro excessu immanissime commisso accepimus et presentibus accipimus Ita quod ipse Voyewoda et sui successores possint tute et secure in ipsa Moldauia temporibus futuris stare viuere et dominari sicut prius.

Item quod a modo et deinceps fiat pax inter nos et prefatum Ser-mum d-m Ungarie Regem germanum nostrum charissimum perpetua Ita quod omnis rancor omnis simultas et odium omnis denique priuata offensio deponatur et nos hicinde tanquam fratres charissimi et nostre posteritates in mutua caritate atque intelligencia et sempiterno amore viuamus et similiter inter Regna et dominia nostra sit, et habeatur fedus, pax et tranquilitas perpetua bonaque vicinitas Ita quod inter nos, Regna et dominia nostra deponatur omnis rancor, omne odium omnisque simultas, sed vigeat amor et omnis charitas nec sub velamine eiusmodi pacis et concordie nostre detur alicui subdito alique oppressio et offensio in persona vel in rebus.

Item quod neuter nostrum Regum sine aperta voluntate et consensu partis alterius aliquam pacem et concordiam cum Turcis facere possit, sed ambo simul semper illam habeamus uel non habeamus Et si alter nostrum altro inscio Turcos prouocaret aut bellum illis induceret, in hoc casu alter alteri non teneatur bellum sic mouenti succurere uel subuenire quoniam sicut ambo unius cordis Deo volente effecti sumus ita unanimi voluntate et concorde omnia debemus peragere.

Ite quod uterque nostrum Regum una cum prefato d. Mag. Duce Lithvanie non modo Turcis communes hostes erimus et esse

debemus, sed eciam quicumque et qualescumque nos et prefatum d. Magnum Ducem irritauerint uel prouocauerint.

(Per dissensiones inter subditos utrorumque pax fracta non intelligatur) sed quamprimum per ambas M-tes nostras eligantur probi homines qui huiusmodi differencias vidant et solum Deum pro oculis habentes inter partes iusticiam faciant.

Item subditi mercatores utriusque nostrum et eciam Moldauienses et ipsius d-ni Ducis Lithvanie liberi sint per dominia hincinde nostra ire cum suis mercibus iuxta veterem consuetudinem solutis tamen tributis et oneribus consuetis.

Item quia sunt multa inter nos Reges tractanda et pro honore et gloria nostra concludenda, maxime qualis debeat fieri contra comunem hostem expedicio Ideo ad unum certum terminum pro tempore captato conuenire debemus et super his et alys tractare et concludere sicuti honori et utilitati nostre magis expedire videbitur.

Item quod si a principibus contra communem hostem videbuntur petenda subsidia, Illa per comunes Oratores petere debemus ut omnia inter nos communiter agi et tractari videantur.

(De occupacionibus metarum et bonorum inter Regna et de querelis et differenciis inter subditos revidendis et complanandis per oratores).

Quantum autem ad modum subveniendi attinet Qualiter videlicet et quo pacto nobis invicem tempore necessario subvenire debeamus si Turci in aliquo mediocri numero, puta in 10 vel 12 milibus ad incursandum Regnum nostrum Polonie vel aliquas terras vicinas pred. d. Ducis Lithvanie venirent, quia difficile foret ad unamquamque incursionem Ser. d. Regem Ungarie suprascriptum se preparare seu movere uel eciam gentesmi ttere, Nam antequam ille gentes se illic moverent et intrarent, iam Turci retrocedere possent, Nihilominus ipse Ser. d. Rex Ungarie tempestiue hoc per duos menses avisatus ut cicius poterit et opportunitas deposcet, debebit ex Transiluania mittere gentes nobis in subsidium. Similiter nos Rex pref. similiter tempestiue, h. e. per 2 menses avisatus si Turci aut contra Transiluaniam aut contra Moldauiam venirent, tenebimur pro maiori posse nostro subuenire. Si vero aut Imperator Turcorum per se in persona veniret aut eciam Bassam cum tanta potencia causa occupandi Regnum nostrum Polonie vel terras Magni Ducatus Lithuanie mitteret vel aliquod castrum notabile obsideret Ita quod sub illo immoraretur et quiesceret, in hoc casu d. Ser. Rex Ungarie cum suo uniuerso Regno insurgere et aut nobis in subsidium proficisci debet aut prout

nobis commodius et utilius videbitur interim donec Turcus illic occupabitur Ipse d. Ungarie Rex cum suis gentibus alias partes dominii Turci agredietur et ut aliquem locum obsidebit aut intantum urgebit ut postea nos et terras nostras deserere et redire cogatur. Si uero aut Uandoralbam aut aliquod castrum finitimum obsiderent aut Cesar in persona contra ser. d. Regem Ungarie et Regnum suum veniret, in tali casu teneamur nos eciamsi in persona cum omnibus viribus nostris et cum tota potencia eius maiestati et Regno subuenire sicut in precedenti articulo continetur.

Item si Turci non venirent et nos uterque pro bono reipublice Christiane contra Turcos aliquid agere vellemus, extunc ita se mutuo intelligamus quod ambo simul et semel se moneamus et illuc quod pro temporis condicione necessarium erit proficiscamur et omnia unanimi voto et voluntate agamus.

Item Stephanus voyewoda Moldauie supradictus dum et quamprimum Turcorum transitum vel versus Hungariam vel Poloniam persenserit, tenebitur statim nos utrumque Regem avisare et precustodire Turcosque per suam terram pro viribus suis prohibere et ipsis non aliquod auxilium, consiliumque et favorem dabit nec alique victualia prebebit et ministrabit.

Item omnes captiui tam Stephani quam nostri predicti quomodolibet ab utraque parte usque in diem hodiernum capti, detenti et abducti, quicunque sunt in manibus et potestate tam nostra quam ipsius voyewode Moldawie, nostrorumque et ipsius subditorum quorumcumque, hincinde liberari, dimitti et restitui debeant quauis excusacione cautelosa cessante; similiter omnes littere uel sponsiones quibus se ad aliquod ipsi captiui obligassent omnesque summe pecuniarum quibus se forte redimere promisissent ab eisdem ab utraque parte debent relaxari; Et si forte predicte littere per quoscumque retinerentur et non redderentur, cassate, irrite et nullius prorsus vigoris censeantur.

Item exquo woywode Stephano predicto per nos data est pax, debebit ipse voyewoda Stephanus subditos seu quoscumque homines tam nostros quam prefati d-ni Ser-mi Regis Hungarie et d. Magni Ducis Lithuanie in dominio suo pacifice, secure et libere sine quouis aresto et impedimento permittere stare, morari, ire et redire quocumque ipsis placuerit eosque defendere et tutari ab omnibus quociens et quamdiu expedierit Sicuti nos eciam et pref. d. Rex Hungarie et M. Dux Lithuanie hominibus suis itidem faciemus. Ut autem de omnibus premissis nos Rex suprascriptus securi existamus voyewodam

Stephanum prefatum seruaturum pacem et articulos suprascriptos, promiserunt et obligauerunt se oratores Ser. d. Hungarie Regis vigore mandati S. M-tis fraterne ipsum voyewodam seruaturum omnia suprascripta et administraturum facturumque de se et subditis suis omnem iusticiam quociens expedierit. Promiserunt eciam pref. d. Oratores vigore predicti mandati Regiam M-tem Hungarie suprascriptos articulos seruaturum in omnibus et per omnia et facere eciam obseruari ac insuper litteras reversales ab eadem M. R. eorum expedire sub tenore predicto nichil addendo mutando vel minuendo, que omnia et singula suprascripta Nos Io Albertus Rex in omnibus punctis, condicionibus et articulis rata grata habentes in verbo nostro Regio promittimus et pollicemur similiter et illese obseruari tenere et adimplere sine omni sortilegio et excusatione cautelosa qualicumque, Harum Sigillum nostrum est subappensum testimonio litterarum.

1498 іюля 21. *Approbatio et confirmatio eiusdem foederis per proceres regni Poloniae facta.* Dat. Cracoviae. (Dogiel, I).

1498 августа 1. *Reversales litterae Vladislai regis Hungariae, quibus foedus inter se et J. Albertum regem Poloniae, nec non Alexandrum M. Ducem Lithuaniae per oratores suos conclusum approbat et ratificat.* Dat. Budae, in festo b. Petri Apostoli ad vinculai (ibid. 92 sq.).

Содержаніе тождественное съ трактатомъ; въ введеніи подробно изложены причины заключенія трактата,—стародавняя дружба между Венгріею и Польшею и опасность, происшедшая для всего христіанства вслѣдствіе ихъ временной непріязни и усиленія турокъ.

1498 (7006) апрѣля 29 отправленъ черезъ Крымъ къ Стефану посолъ Θеодоръ (Аксентьевъ) Алексѣевъ; вел. князь проситъ Менгли Гирея приказать проводить его до Волохъ и обратно (Крым. д. № 1 л. 539, 545). А Θедца отпустилъ Менли Герей къ Волохомъ за недѣлю до Петрова дни съ провожатыми (Тамъ-же, л. 551).

1498 (7006) августа 19. А сю грамоту привезъ къ вел. князю отъ Θедца отъ Аксентьева Юшко подъячей:.. Дошли есмя до царя Менли-Гирея поздорову. Да отъ царя есми, господарь, вышелъ изъ орды, да пошелъ есми на Рожество Ивана Предтечи (24 іюня) въ Волохи. Да что еси, господарь, намъ говорилъ о торговыхъ людехъ, чтобы ихъ есмя съ собою не имали, и мы никакова не взяли.

А се съ Өедцомъ приказывалъ Менли-Гирей къ воеводѣ: Доброго брата моего еси посолъ ѣдешь къ Стефану къ воеводѣ. И язъ съ тобою посылаю доброго человѣка Сабанчія Афыза, а даю на твои руки: а того не вѣдаю, отчего на меня Степанъ гнѣвается. Лѣтось ко мнѣ прислалъ своего человѣка, а сказываетъ, лядской король да князь Александръ литовскій идутъ на меня и на него; и язъ съ своими князми и уланы и съ дѣтми за рѣку переѣхавъ въ новый въ свой городокъ, а со мною 4000 было людей, да тутъ есми много лежалъ, а инымъ есми своимъ людемъ велѣлъ готовымъ быти. И по грѣхомъ, тамо въ новомъ городкѣ на мои люди повѣтрее пришло; и мои люди ко мнѣ пришли, а молвятъ такъ: волной человѣкъ, съ Богомъ ся спираешь, о чемъ здѣсе у лиха лежишь, поѣди прочь. А Степанъ воевода ко мнѣ прислалъ же: волной царь, поѣди къ себѣ; а лядской король и кн. Александръ литовской не будутъ на насъ нонѣ, а будутъ на насъ на зимѣ. И язъ его послушалъ да поѣхалъ къ себѣ, а въ новомъ городкѣ оставилъ есми своего сына Махметъ-Кирея, да зятя своего Уссина, Темирева сына, а имъ оставилъ 1000 человѣкъ, а велѣлъ есми имъ беречи Степана воеводы. И пришолъ Острожской князь Костянтинъ, да у Степана поималъ люди и съ женами и съ дѣтми, да ихъ погонили къ собѣ; и мой сынъ да мой зять и съ моими людми на него пришли, да съ ними ся били 3 дни,... и ты бы то промежъ насъ тѣ рѣчи отъ себя говорилъ. А Степанъ воевода пошлетъ своего человѣка къ вел. князю, и ты бы его взялъ на свои руки, и язъ его велю проводити съ тобою къ брату къ своему къ вел. князю. Да посылалъ есми его дѣля своего человѣка Таилака къ туркомъ, а далъ есми ему 5 денъ и туды и сюды, да и не однова ѣздилъ, да ему есми то доспѣлъ, чего онъ хотѣлъ по его мысли. А лятской король да князь Александръ литовски прислали ко мнѣ своихъ людей, а молвятъ такъ: помирися съ нами, а мы пойдемъ на волошского. И язъ имъ молвилъ такъ: а коли вы хотите ити на волошского, и язъ съ вами не мирюся. Да и нынче тѣ люди у мене поиманы Степана дѣля, да изъ тѣхъ людей послалъ есми одного человѣка къ нимъ: хотите помиритися съ Степаномъ, и язъ васъ съ нимъ помирю, а язъ вамъ буду третей; а не помиритеся съ нимъ, ино язъ на васъ и съ Степаномъ поиду. И язъ нынѣча его дѣля доспѣлъ короля какъ колъ, и онъ того моего человѣка Таилака поимавъ да посадилъ на колъ, и иныхъ сѣкъ, а иные и нынче поиманы седятъ.

А такову грамоту Менли-Гирей послалъ къ воеводѣ: Отъ болшіе орды отъ болшого царя отъ Менли-Гирея водчичю волошскому Степану воеводѣ. Ты моего здоровья не вѣдаешь, а язъ твоего здо-

ровья не вѣдаю, а ни посла еси ко мнѣ не посылывалъ, ни язъ хъ тобѣ; а прислалъ еси своего человѣка къ болшему моему сыну къ Махметъ-Кирею, а молвишь такъ: пожалуй печалуйся своему отцю, а къ моему брату пошли, чтобы ко мнѣ послалъ своего человѣка, и язъ съ его посломъ своего посла пошлю, а мой посолъ готовъ. И язъ нынѣча послалъ къ тобѣ своего посла доброго человѣка Сабанчія Афыза свое здоровье сказати, а о твоемъ здоровьѣ спросити. А послалъ есми сесь ярлыкъ за своею печатью за синею; а напередъ посла послалъ есми своего человѣка Карачюру, тобѣ бы было вѣдомо; и напередъ того тобѣ тотъ Карачюра служивалъ, и ты его хотѣлъ жаловать, да не жаловалъ еси, и ты бы нынѣча его жаловалъ.

(Крымск. дѣла № 1 л. 552 сл.).

1498 осенью. Посольство отъ Іоанна III къ М. Гирею съ кн. С. В. Ромодановскимъ, съ рѣчью явною и рѣчью тайною. Говорить царю явно «передъ всѣми людьми и передъ литвиномъ, только будетъ тутъ», что присылалъ в. кн. Александръ литовскій своихъ пословъ Стан. Петр. Кишку и Ив. Сапѣгу, «чтобы намъ послати къ тебѣ да къ Стефану воеводѣ волошскому, чтобы ты съ нимъ миръ взялъ, да и Стефанъ бы съ нимъ миръ же взялъ; а ты ко мнѣ приказывалъ же, чтобы тебѣ съ в. кн. Александромъ быти въ миру.—Князь велики велѣлъ тебѣ говорити: и ты бы съ в. кн. Александромъ миръ взялъ, чтобы съ тобою былъ въ любви и въ одиначствѣ, другу бы нашему другъ былъ, а недругу недругъ, а были бы есмя всѣ три заодинъ на всякого нашего недруга. А и къ Стефану къ воеводѣ волошскому послалъ же есми, чтобы съ в. кн. Александромъ взялъ миръ, а былъ бы съ нами заодинъ же на всякого нашего недруга.

А се говорити кн. Семену царю наединѣ, передъ кѣмъ себѣ царь велитъ говорити безъ литвина: Князь велики велѣлъ тебѣ говорити: напередъ сего писалъ ко мнѣ (два раза о желаніи помириться съ Александромъ, и чтобы Іоаннъ сообщилъ объ этомъ Александру); ино мы коли съ Литовскимъ миръ имали, и мы тогды жъ его посломъ говорили, чтобы и съ тобою, съ нашимъ братомъ, былъ въ миру. И послы его намъ говорили, что и съ тобою князь велики возметъ миръ. И нынѣ прислалъ къ намъ (Кишку и Сапѣгу и т. д.) И ты бы съ вел. княземъ къ Олександромъ миръ взялъ, чтобы онъ другу нашему другъ былъ, а недругу недругъ; и возьмешь съ нимъ миръ, и ты бы намъ вѣдомо учинилъ; а чего дѣля съ нимъ миру не возмешь, или онъ съ тобою за которое дѣло не помирится, и ты бы намъ про то вѣдомо жъ учинилъ. А язъ какъ на чемъ тебѣ молвилъ и правду учинилъ,

и какъ межи насъ въ грамотахъ записано, на томъ и стою,—другу есми твоему другъ, а недругу недругъ, а на всякого недруга съ тобою есми заодинъ, и добра твоего оже дастъ Богъ хочю смотрити и дѣла твоего беречи и до живота.

Да память кн. С. Ромодановскому. Взмолвитъ царь: князь велики литовской со мною миру не возметъ, а со мною ратенъ, и язъ на него хочю ити, и князь велики мнѣ на него пособляетъ ли? И кн. Семену говорити: коли литовской съ тобою миру не возметъ, а съ тобою ратенъ, и ты къ брату своему къ вел. князю съ нами о томъ накажешь, и государь нашъ на литовского и на Ахматовыхъ дѣтей съ тобою заодинъ и на всякого недруга.

(Крым. д. № 1 л. 556 сл.).

1498 осенью. Отъ Менгли Гирея привезенъ ярлыкъ (отъ 9 іюля) въ которомъ напоминаетъ Іоанну о взаимныхъ союзныхъ обязательствахъ противъ Александра и Ахматовыхъ дѣтей. Извѣщаетъ, что «на Стефана воеводу многая рать княжа Александрова идетъ, а отъ турского салтана многая рать идетъ, молвя, сказать намъ пріѣхали; и мы на его сторону сами пошли.» Жалуется на неисполненіе Александромъ обѣщанія вступить въ договоръ. «А самъ кн. Александръ на Стефана воеводу идетъ и отъ Стефана воеводы къ намъ человѣкъ пріѣхалъ тѣ вѣсти сказати. И будетъ такъ кн. Александръ насъ оманя не на дружбу лицемъ ударилъ; и нынѣча ты, братъ мой, съ нами учиненъ въ шерти и въ правдѣ, по тому будешь литовского кн. Александровѣ землѣ, сколко силы у тебя иметъ, недружба бы учинити. И нынѣча съ нами такъ будетъ, не въ дружбѣ стояти Александру. Отъ Бога надѣя то стоитъ: у салтана съ 60 и съ 70 тысячь рати взявши, Божьимъ милосердіемъ, къ Вилнѣ и къ Кракову доити въ мысли у насъ есть.

(Крым. д. № 1 л. 570 сл.).

№ 104.—1499 апрѣля. *Concordia Johannis Alberti Regis Pol. cum Stephano woyewoda Moldawiae,* interventu Vladislai Hungariae et Bohemiae regis. (Libri legat. C. № 3 fol. 75) cf. Dogiel I, p. 603.

In nomine D-ni amen. Nos Iohannes Albertus D. gr. Rex Polonie, supremus Dux Lithvanie, Russie, Prussieque etc. dominus et heres etc. Significamus et notum facimus tenore presencium uniuersis quibus expedit easdem inspecturis et lecturis audituris bonis quibus· libet. Quomodo cum superioribus et preteritis temporibus certa ini-

micicia et notabilis discordia notoriumque bellum fuit inter M-tem nostram et Magnificum Stephanum Waiwodam D. gr. dominum terre Moldauie, amicum nobis sincere dilectum, Nos interuentu Ser-mi Principis d-ni Wladislai eadem gracia Hungarie etc. regis, germani nostri charissimi, prefato Stephano Waiwode amico nostro sincere dilecto eiusque filys et filiorum filys, boyaris et subditis ipsorum terre Moldawie, omnes offensas, iniurias et damna que nobis is superioribus annis fecerat dimittimus et dimisimus, ipsisque pacem et treugam perpetuam concedimus et relinquimus pro omnibus predictis et alys quibusuis preteritis damnis, offensis que nobis et nostris subditis in antea usque in hactenus fecit. Et similiter inter nostram M-tem et illustr. Principes d-nos Alexandrum eadem gracia Magnum Ducem Lithwanie et Ducem Sigismundum, germanos nostros carissimos, et Stephanum Waiwodam amicum nostrum sincere nobis dilectum, et ex utraque parte nostros successores debet esse pax perpetua. Ita quod a modo et in antea Stephano Woyewode, et filys successoribusque et subditis ipsius erit integrum et securum, ut viverent et dominarentur in terra Moldavie, sine quovis nostro impedimento, et similiter sine impedimento principum Alexandri et Sigismundi ducum et filiorum, successorum ac subditorum nostrorum. Nos Rex prefatus cum predictis d-nis germanis nostris ac omnibus archiepiscopis, episcopis, prelatis spiritualibus, omnibusque consiliarys et subditis nostris juramus et promittimus Stephano Waiwode amico nostro sincere dilecto et filys eius et subditis suis in terra Moldauie per Deum unum et Genitricem eius ac sub fide nostra christiana germanorumque nostrorum charissimorum predictorum ac omnium archiepiscoporum (episcoporum) omniumque prelatorum et consiliariorum nostrorum, quia anunc in antea cum prefato Stephano Waywoda amico nostro sincere dilecto et filys eius ac filiorum filys et boiaris ac omnibus subditis eorum terre Moldawie pro praedictis omnibus offensis, et dampnis et alys quibuscumque damnis et iniurys et offensis sub quocumque tempore factis usque in hunc diem debemus habere et seruare perpetuam, inviolatam et infractam pacem et tranquillitatem; et similiter Stephanum Waywodam, filios eius et filiorum filios eius eorum et subditos suos terre Moldawie ab omnibus inimicis eius, ab omni parte gladio, consilio et hominibus ac tota potencia nostra semper secundum possibilitatem nostram nos debemus et successores (nostri) debebunt tueri et defendere; et similiter Stephanus Waywoda et successores sui cum tota eius potencia nobis Regi et Regno Polonie et successoribus nostris contra quemlibet inimicum nostrum semper

consilio et auxilio esse debent, secundum eorum possibilitatem. Item promittimus nos etiam cum germanis nostris suprascriptis et omnibus consiliarys praefato Stephano Waywodae filysque ipsius et filiorum filys, ipsorum boyaris et subditis eorum terre Moldauie, Quod esse debemus amicis ipsorum amici et inimicis ipsorum inimici. Et simili modo Stephanus Waywoda et fily ipsius et fily filiorum eorum subditis amicis *) nostris et amicis germanorum nostrorum et subditorum et amicorum terrarum nostrarum esse debent amici et inimicis nostris, ipsorumque germanorum nostrorum inimici semper. Item nullum inimicum Stephani Waywode quicunque eius inimicus vellet se dominum terre eius Moldawiae nominare, qui veniret ad nos et terras nostras, aut ad subditos nostros, aut ad quemcunque alium qui pertinet ad regnum nostrum Polonie, nos non debemus huiusmodi hominem suscipere neque (locum neque) victum nullibi in terris nostris, neque apud aliquem subditorum nostrorum dare debemus, sed talem hominem ubicunque audiremus aut inveniemus in terris nostris aut apud quemcunque subditorum nostrorum, nos debemus eum licenciare de terris nostris, ita quod in eisdem ulterius morari non debeat. Item si contingeret, quod aliquis familiariorum fugeret ex subditis prefati Stephani Waywodae ad nos aut ad quemcunque in terris nostris subditum nostrum, tunc talis apud nos existens debet graciam quaerere a domino suo prefato Stephano Waywoda per se, uel per nostram interuentionem, extunc si sibi dimitteret Stephanus Waywoda, eidem esse debet tutum et securum redire ad ipsum Stephanum Waywodam, Et si sibi non dimitteret offensam Stephanus Waywoda, tunc nos talem non debemus seruare in terris nostris, nec occulte, nec manifeste. Item promittimus ipsi Stephano Woiewode, si contingeret ex aliqua permissione divina, quod Deus auferat, quod Stephanus Waywoda ab aliquo hoste potente, cui resistere non posset, expulsus exiret de terra sua, siue ad Hungarie, siue ad regnum nostrum Polonie, tunc terre nostre debent esse apertae sibi Stephano Waywode et uxori alias kneyne sue et filorum eius et boyarum eius et uxoribus et cum subditis, servis, thezauris ipsorum, ac cum omnibus, que ad ipsos pertinent, Et ipsi debent venire ad nos et terras nostras aut ad nostras ciuitates et ad castra nostra, ubicunque in praedicto regno nostro manere eis placuerit, Tunc nos ipsum Stephanum Waywodam et kneynam et filios eius, boyaros,

---

*) У Догеля: et subditi ipsorum.

subditos et seruos ipsorum diligere et in gratia ac honore tenere debemus, ut erit sibi securum, beniuolum et apertum de terris nostris terram suam Moldawie recuperare. In tali casu nos eciam rex suprascriptus debemus eum iuvare cum omnibus potencys et viribus nostris et ipsum e contra ad patriam suam praedictam terram Moldawie reponere et locare et cum sibi Deus concederet, recuperare e contra prefatam patriam suam terram Moldawie, tunc eidem amico nostro Stephano Waywode e contra esse debet securum et benevolum ac apertum sine omni damno exire de terris nostris cum ipsius Kneyna, cum filys et omnibus boyaris ipsius et uxoribus ac servis, uniuersis ipsorum thesauris et alys omnibus rebus is, que circa se habebunt, e contra ad patriam suam terram Moldawie. Item promisimus et promittimus, quod Stephano Woywode et filys ipsius et filiorum filys ipsorum, et terre ipsius Moldawie nunquam sibi aliquod damnum, neque laesionem aut inimiciciam faciemus, neque opere, neque consilio, neque manifeste, neque occulte. Et si intelligeremus ex aliqua parte a quibuscumque eius inimicis aliquod malum, aut damnum, aut mpedimentum, tunc nos Stephano Waywode et filys eius et terrae ipsius Moldawie totum hoc debemus significare, detegere et intimare. Et similiter Stephanus Waywoda nobis et terris nostris nullum damnum aut impedimentum facere debet, neque opere, neque consilio, neque manifeste, neque occulte, Et si ipse intelligeret aliquod malum, dampnum aut impedimentum a quibuscumque inimicis nostris, tunc ipse Stephanus W-da debet nobis similiter detegere, significare et manifestare et intimare. Item quandocumque voluerimus una cum Ser-mo principe d-no Wladislao rege Hungarie germano nostro bellum mouere et expedicionem bellicam facere, sicuti d-no fauente istud facere deliberav(er)imus et (ad) eandem personaliter proficisce(re)mur cum totis viribus et potencys nostris contra imperatorem Turcorum et terras ipsius et germanus noster d. Wladislaus rex Hungarie protunc temporis eciam proficisceretur et transiret per terram Bassarabiae et illic transfretaret et navigaret per Danubium in terram turcorum imperatoris, tunc eciam eodem tempore debemus navigare et transfretare per Danubium similiter in terram imperatoris turcorum sed in porta, alias przewoz, qui vulgariter nuncupatur obluczycza, aut ubi commodius videbitur, intelligendo se cum Ser-mo d-no Hungarie rege et cum Stephano Woiewoda (quomodo melius et commodius videbitur, et tunc etiam debet Stephanus Woiewoda) solus in propria persona et cum tota sua potencia et terre Moldauiensis, et successores sui tenebuntur proficisci una nobiscum contra imperato-

rem turcorum. Item si, quod Deus avertat, quod tunc esset gravi infirmitate detentus, quod non posset solus propria in persona una nobiscum proficisci, tunc filius suus propria in persona una nobiscum, aut ille quem Stephanus W-da mittet, proficisci debet et cum tota sua potencia terre Moldavie. Item ad istud tempus expedicionis nos suprasripti Ser-mi d-ni Wladislaus Hungarie et Bohemie et Joannes Albertus Polonie reges promittimus Stephano Waywode ipsum defendere semper, et terram ipsius Moldawie ab imperatore Turcorum et semper cum eo et penes eum stare et auxilium ei dare contra imperatorem Turcorum. Item ipse Stephanus Waywoda ad hoc eciam tempus et per istud tempus quocunque audiverit transitum Turcorum, tunc ipse quantocicius poterit, ambobus nobis regibus debet dare scire et intimare de ipsis Turcis, quibus contra nos neque consilium, neque auxilium dare debet, Sed pro posse suo illis erit et esse debet inimicus. Item Stephani Woiewode mercatoribus a terra Moldawie erit et esse debet securum et apertum per terras nostras ire et equitari et mercari solutis tamen theloneis debitis iuxta antiquam legem et secundum depositoria antiqua. Item similiter Stephanus W-da debet permittere per terram Moldawie nostros mercatores de terris nostris, ut transirent secure et benevole mercando, solutis tamen theloneis debitis iuxta antiquam legem et secundum depositoria antiqua. Item quantum contingit limites granicierum ex utraque parte, nos debemus (committere) capitaneo Camenecensi pro tempore existenti, ita videlicet, si aliquando contingat alicui ex subditis aut cuicunque de terra ipsius Stephani Waywodae Moldauiae quodcunque damnum aut quaecunque iniuria a subditis nostris aut quocumque ex terris nostris et si(c) ille cui erit iniuria, debet requirere iusticiam a capitaneo Camenecensi et capitaneus Camenecensis debet habere potestatem super quolibet subdito nostro facere iusticiam et compellere eundem qui culpabilis fuerit, ad satisfacionem illi, cui iniuria facta fuerit, subdito et homini de terra Moldawie. Et similiter quando contingeret aliqua iniuria cuicunque subdito nostro a subditis Stephani W-de terre Moldawie, tunc ipse, cui facta fuerit iniuria, debet requirere iusticiam a capitaneo (Choczymensi et Czarnouicensi et capitaneo) pro tempore existenti Choczimensi et Czarnouicensi, et illi debent habere potestatem super quolibet subdito Stephani W-de facere iusticiam subditis nostris, habendo Deum prae oculis. Item quando contingeret aliqua notabilis iniuria, siue discordia inter capitaneos et subditos hincinde nostros, tunc nos debemus de eo significare Stephano W-de per aliquem hominem nostrum. Et

similiter Stephanus W-da debet nobis significare, tunc ex utraque parte debemus mittere et deputare consiliarios, ut istud reuiderent iusticiamque debitam et indilatam facerent. Et nihilominus propter huiusmodi discordias et dissensiones priuatas subditorum nostrorum ex utraque parte quomodolibet exoriendas, pax et concordia praemissa fracta non intelligatur. Quae omnia et singula suprascripta nos Ioannes Albertus Dei gra. rex Polonie etc. in omnibus punctis et condicionibus ac articulis rata et grata habere in fidem nostram regiam promittimus una cum illustrissimis principibus d. Magno Duce Lituanie et Sigismundo similiter duce, germanis nostris charissimis suprascriptis et archiepiscopis, episcopis et viris ecclesiasticis atque omnibus baronibus subditis nostris et omnibus ad nos pertinentibus eidem Stephano W-de, filys, filiorumque eorundem filys et haeredibus ac successoribus suis firmiter, inviolabiliter, illaese obseruare, tenere et adimplere ac obseruari, teneri et adimpleri facere sine omni sortilegio et excusatione cautelosa qualicunque. Harum nostrarum, quas ad maiorem securitatem et praemissorum omnium firmacionem, stabilitatem et fidem sigillo nostro ac praelatorum et baronum nostrorum nobiscum existentium communiri fecimus, vigore et testimonio literarum mediante. Datum Cracowie feria II-da in crastino sanctorum Tiburty et Valeriani * Anno 1499 regni nostri secundo.

Et nos Fredericus miseracione Divina Sacrosanctae Romanae ecclesie tituli Sancte Lucie in septem solys presbiter cardinalis, archiepiscopus Gnesnensis et Primas ac episcopus Cracouiensis, Andreas Roza archiepiscopus Leopoliensis, Creslaus Wladislavyensis (cancellarius), Vincentius Plocensis vicecancellarius regni Polonie, Joannes Posnaniensis, Lucas Varmiensis et Mathias Chelmensis Dei gr. episcopi, Johannes Amor de Tarnow Castellanus Cracouiensis, Spythco de Jaroslaw Cracouiensis, Nicolaus de Ostrow Sandomiriensis, Sandiwogius de Czarnkow Calissiensis, Ambrosius de Pampow Siradiensis et capitaneus Maioris Polonie generalis, Nicolaus de Gayzen Marienburgenis, Jacobus de Buczacz capitaneus Russie generalis, Petrus Myschkowsky Belsensis Palatini, Joannes de Ostrorog Poznaniensis, Raphael de Leszno Gnesnensis, Nicolaus de Kurozwanky Siradiensis, Andreas de Thanczyn, Zawissius de Konradziecz Plocensis, Stanislaus Kmitha de Wysznycze Praemisliensis, Stanislaus de Chodecz Leopoliensis castellanus cum praefato Ser-mo principe d-no Io. Alberto Dei gr. Rege Polonie etc. d-no nostro graciosissimo, hic ad

* День Tiburtii et Valeriani 14 апрѣля.

presens Cracouie constituti, promittimus sub fide nostra christiana penes predictum d-num Regem nostrum, omnia suprascripta in omnibus punctis, conditionibus et articulis suprascripto magnifico d-no Stephano W-de Moldawie et filys, filiorumque filys atque boiaris et subditis suis firmiter et inconcusse tenere et obseruare sine omni dolo et fraude. In fidem praemissorum sigilla nostra cum sigillo eiusdem Ser-mi d. nostri Regis praesentibus fecimus subappendi. Dat. Cracouie etc.

1499 апрѣля 15. *Instauratio et declaratio foederis perpetui inter Joannem Albertum Poloniae et Wladislaum Hungariae et Bohemiae reges et fratres ac regna eorum et Mag. Ducatum Lituaniae conclusi.* Dogiel I p. 96. Ср. выше № 103.

Памятуя старинную дружбу Польши и Венгріи, засвидѣтельствованную договорами, лѣтописными памятниками и заявленіями польскихъ вельможъ, и имѣя въ виду, что вызванное послѣдующими обстоятельствами забвеніе этихъ договоровъ и возникновеніе взаимной недружбы non sine iactura totius reipublicae christianae et horum regnorum evidenti detrimento processerant, принимая также въ соображеніе очевидное проявленіе Промысла Божія въ томъ, что на престолѣ обоихъ этихъ государствъ поставлены два родныхъ брата,— I. Альбертъ и Владиславъ пришли къ убѣжденію необходимости возстановленія взаимной дружбы и согласія, ut videlicet communi auxilio horum regnorum (Hungariae et Bohemiae) et nostro invicem concurrente truculentissima rabies Turcorum Christianae fidei hostium longe lateque in fines christianos excurrens a subiectis potissimum utriusque nostrum regnis et dominiis, ac a christianis cervicibus arceatur, ac per hoc ista duo Regna mutua pace et concordia stabilita felici quiete et tranquillitate potiantur. Поэтому, вслѣдствіе прибытія посланниковъ короля венгробогемскаго B. de Bathian и N. de Bachka, съ предложеніемъ возобновленія взаимной сосѣдственной дружбы и договорныхъ отношеній, съ ними ad laudem et gloriam Dei omnipotentis pro totius fidei Christianae defensione proque Regnorum nostrorum incremento, praesidio et tutela, заключено соглашеніе слѣдующаго содержанія:

1) При посредничествѣ Владислава, Іо. Альбертъ прощаетъ Стефану воеводѣ молдавскому всѣ его обиды и между нимъ, королемъ польскимъ, воеводою и вел. кн. литовскимъ Александромъ и наслѣдниками ихъ возстановляется вѣчный миръ, а также Іо. Альбертъ и Александръ обязуются не препятствовать спокойному управленію Сте-

фана въ Молдавіи. Въ случаѣ же предпріятія королями польскимъ и венгробогемскимъ похода противъ Турокъ, воевода обязанъ лично или чрезъ своего сына, Богдана, со всѣми своими силами принять участіе въ этомъ походѣ до его окончанія; это обязательство остается въ силѣ и для его наслѣдниковъ. Воевода будетъ другомъ друзей и недругомъ недруговъ короля польскаго, nostris interim Regnorum hincinde nostrorum juribus, privilegiis et foederibus cum ipso Waywoda habitis, semper salvis. Также, если воевода узнаетъ о походѣ Турокъ на Польшу или Венгрію, то обязанъ увѣдомить объ этомъ, а Турокъ стараться всѣми силами не пропускать чрезъ Молдавію и не оказывать имъ никакой поддержки.

quod cooperarentur et intercederent ad eorum ducem magnum Moskowiensem quatenus unio et pax subsequi possent, prout dudum Iakow Zacharia id ipsum litteris trinis d-no Johanni Zabrzeszynski palatino Troczensi scriptis fieri optavit. — Quod autem d. consiliary regni Polonie exacciones impositas in regno Polonie ad tantam belli molem utriusque dominii sufficere non posse dicunt, et allegant de ista legacione, magnopere mirantur prelati et consiliary Magniducatus Lithwanie quod fratres eorum carissimi tam cito obliti sunt inscripcionum que sunt noviter facte in Pyothrkovia, quod in nullis eorum necessitatibus deberent eosdem deserere consilys, gentibus et eciam pecunys. Et eadem verba pro responso dederunt fratribus suis per illustrem ducem Alexandrum castellanum Vilnensem et capitaneum Grodnensem et ducem Michaelem Marschalcum curie Regie Mtis quod eos adiuvare deberent omnibus istis exaccionibus que sunt modo imposite in regno Polonie. Etsi non sufficerent pro eorum utilitate prime exacciones, tunc secundis et tercys promiserunt supportare. Qua tum spe frustrati sunt et multa damna passi ob retencionem longam R. Mtis in Regno Polonie, quia et imperatorem Zavolhensem ob dictam longam retencionem ammiserunt, quem eduxerant contra communem hostem utrorumque dominiorum Moskovitam et multa alia damna acceperunt a Stypendarys eos ultra tempus fovendo. Ita quod sund involuti multis debitis ob spem fraterne promissionis.

1502, лѣта 7010 мая 3 вернувшійся изъ Крыма И. Г. Мамоновъ донесъ по порученію М. Гирея, что Ахметъ ординскій стоитъ близъ Кіева и если захочетъ идти къ ляхамъ, то М. Гирей перейдетъ за Днѣпръ. «А волошской Стефанъ нынѣча ко мнѣ (хану) приказалъ то, что со всѣми своими людми готовъ; перейдетъ Орда за Днѣпръ, а пойдетъ М. Гирей царь на Орду, а велитъ мнѣ съ собою, и язъ самъ пойду, а велитъ мнѣ сына послати, и язъ сына своего со всѣми своими людми пошлю. А не перейдетъ Орда за Днѣпръ, и тамъ у царя пособь есть, и будетъ Орда на нашей сторонѣ, и намъ хотя будетъ двожда перейти Днѣпръ, и мы перейдемъ; а побѣжатъ къ Волзѣ, и мы ихъ не отпустимъ. А братъ бы мой, князь велики, рать свою къ намъ на пособь послалъ».

(Крым. д. № 2 л. 922).

1502, лѣта 7010 іюня 17 привезена грамота къ вел. князю отъ А. Заболоцкаго изъ Крыма; извѣщаетъ, что «отъ волошского посолъ приходилъ ко царю къ М. Гирею о томъ, чтобы царь пошолъ на орду съ нимъ съ одного; а чаялъ волошской, что ордѣ къ нему за Днѣпръ

перейти; и царь волошского посла и отпустилъ, а приказалъ съ нимъ къ волошскому, что на орду идетъ... А съ Литовскимъ Ши-Ахматъ царь въ розни... А Дмитрій Ларевъ съ товарыщи и нынѣ еще въ Волосѣхъ. А пришолъ изъ Волохъ въ Киркоръ Микифоръ Чяшниковъ да съ нимъ прислалъ Дм. Ларевъ съ товарыщи ко царю къ Менли-Гирею Захара что ямчюгу варитъ, бити челомъ царю о томъ, чтобы царь послалъ по нихъ, да велѣлъ бы ихъ до себя допровадити. И царь Захара опять отпустилъ въ Волохи съ посломъ съ волошскимъ а ялся по Дмитріа послати, какъ ажь дастъ Богъ свое дѣло сдѣлаетъ. А язъ, государь, царю отъ Дмитріа говорилъ же, чтобы царь по Дмитріа послалъ. И царь мнѣ отвѣчалъ: какъ здѣсе брата своего дѣло сдѣлаю да и свое, и язъ тогды по Дмитріа съ товарыщи пошлю.

(Крым. д. № 2, л. 928 сл.) Ср. о Ларевѣ Сб. Р. Ист. об., т. 41 № 11 стр. 42, № 76 стр. 376, № 79 стр. 388, № 83 стр. 418.

Еще въ мартѣ 1502 г. Іоаннъ поручилъ ѣдущему въ Крымъ А. Заболоцкому просить Менгли-Гирея, чтобы онъ «послалъ въ Волохи до воеводы толкихъ людей, которымъ бы лзѣ Дмитрея (Ларева) съ товарищи до него допровадити, а какъ ихъ до него допровадятъ, и онъ бы ихъ велѣлъ до великаго князя допроводити». Затѣмъ, 15 іюля великій князь вновь отправляетъ грамоты къ Менгли-Гирею, къ находившемуся въ Крыму А. Заболоцкому и къ кафинскому султану Шихъ-заде. Менгли-Гирею онъ пишетъ: «Да послали есмя своихъ пословъ за море до Италійскихъ странъ о своихъ потребахъ, Дмитреа Иванова сына Ларева, до Митрофана Карачарова съ товарыщи, и они оттолѣ пришли къ Стефану, воеводѣ волошскому, а съ ними идутъ къ намъ изъ Италійскихъ странъ всякіе мастеры; и межи насъ съ Литовскимъ валка състалася, и тѣмъ нашимъ посломъ и съ мастеры черезъ Литовскую землю до насъ пройти нелзѣ. И мы послали къ Стефану воеводѣ свою грамоту, и чтобы тѣхъ нашихъ пословъ и съ ихъ товарыщи и тѣхъ мастеровъ, которые съ ними къ намъ идутъ... отпустилъ къ тебѣ въ Перекопь. А двѣ грамоты послали есмя къ посломъ своимъ, къ Дмитрію и къ Митрофану. И ты бы, братъ мой, насъ дѣля, послалъ въ Волохи своихъ людей съ моими съ тѣми грамотами, а велѣлъ бы еси Стефану воеводѣ мою грамоту отъ меня дати; а которую есмя грамоту послали къ своимъ посламъ, къ Дмитрею и къ Митрофану, и онъ бы тѣ наши грамоты далъ нашимъ посломъ *тайно, чтобы того Стефанъ воевода* и иной никто въ Волосѣхъ не вѣдалъ». При этомъ Іоаннъ проситъ М. Гирея снабдить ихъ лошадьми, платьемъ и деньгами и препроводить ихъ въ Перекопъ, а оттуда въ Москву, гдѣ расходы будутъ уплачены. «Да чтобы еси намъ

дружбу свою чинилъ, чтобы еси тѣхъ нашихъ пословъ, Дмитреа и Митрофана, да и мастеровъ одноличпо изъ Волохъ вывелъ и до насъ допровадилъ».—Заболотскому Іоаннъ писалъ: «Что наши послы Дмитрій и Митрофанъ въ Волосѣхъ, да и мастеры, которые съ ними къ намъ идутъ, и мнѣ здѣсь сказывали, что Стефанъ воевода тѣхъ нашихъ пословъ да и мастеровъ къ намъ не отпуститъ, ни денегъ, ни платья, ни коней имъ на путь не далъ». Далѣе Іоанъ сообщаетъ ему содержаніе своего письма къ хану, приказываетъ вручить ему грамоты къ Стефану и къ Лареву и Карачарову и подтвердить ему, чтобы грамоты посламъ вручены были тайно, и «говорилъ бы еси отъ меня царю накрѣпко, чтобы царь насъ для послалъ въ Волохи къ Стефану воеводѣ своихъ людей съ моими грамотами не мотчая», а расходы ему будутъ возмѣщены.—Кафинскаго султана Махметъ Шихъ-заде Іоаннъ также просилъ грамотою отъ того же числа послать своего человѣка къ Стефану и велѣть взять у воеводы Ларева и Карачарова и препроводить ихъ въ Москву, такъ какъ черезъ Литву имъ пройти нельзя, а до Менли-Гирея и до Бѣлагорода «воевода ихъ не велитъ допровадити».—Наконецъ, находившемуся въ Кафѣ Олешѣ Голохвастову («послу нашему Александру Яковлеву сыну») Іоаннъ писалъ, что «нынѣ пріѣхалъ ко мнѣ изъ Волохъ Микифоръ Дмитреевъ сынъ Чашниковъ, а сказываетъ, что воевода нашихъ пословъ и мастеровъ къ намъ не отпустилъ»; поэтому онъ посылаетъ грамоту къ Шахзадѣ, чтобы онъ вытребовалъ у Стефана русскихъ пословъ и ѣдущихъ съ ними мастеровъ и препроводилъ ихъ Москву; «да чтобы еси говорилъ о томъ накрѣпко Шихзодѣ-салтану, да и пашамъ, которымъ пригоже чтобы намъ дружбусвою учинилъ... да то бы еси дѣло дѣлалъ накрѣпко А нѣчто не послушаетъ воевода Шихзоды-салтана, а не отпуститъ къ нему нашихъ пословъ, и онъ бы насъ для къ отцу своему къ Базитъ-салтану послалъ, чтобы отецъ его насъ для послалъ къ Стефану воеводѣ о тѣхъ нашихъ послѣхъ и о мастерѣхъ, а велѣлъ бы ихъ у воеводы взяти да къ нему допровадити въ Кафу.»

Крым. д. № 2, л. 939—947. Грамоты къ Стефяну и къ Лареву и Карачарову не уцѣлѣли; писаны онѣ были «въ волошскихъ татратехъ», но эти тетради погибли.

Въ сентябрѣ и октябрѣ въ Москву пріѣхали посланцы отъ хана съ ярлыками, коими М. Гирей извѣщалъ, что онъ отправилъ грамоты Іоанна къ Стефану и посламъ, а также и деньги на ихъ проѣздъ, и что «только бы намъ отъ Стефановы воеводины вышли, оттолѣва къ намъ добры здоровы дошли бы,—дорога чиста».

Также и кафинскій салтанъ отвѣчалъ на просьбу Іоанна, что онъ

послалъ къ Кара-Богданскому (молдавскому) князю просить, чтобы онъ отпустилъ русскихъ пословъ.

Тамъ-же л. 950, 977, 988, 990.

1502, лѣта 7011 сентября 12. Пришелъ гонецъ изъ Крыма съ грамотою къ царю отъ Алексѣя Заболотскаго, въ которой доноситъ: «Сказывалъ, государь, царь: писалъ ко мнѣ Стефанъ воевода: отпиши ко мнѣ, въ животѣ ли будутъ моя дочь и внукъ? И язъ, государь, царю отвѣчалъ: далъ Богъ добры здоровы.—А какъ, государь, Арвана (ханскій посланецъ) пріѣхалъ съ Москвы, и царь опять сказывалъ: писалъ ко мнѣ Стефанъ воевода: къ тебѣ отъ вел. князя послы ѣздятъ и гонцы гоняютъ часто; отвѣдывай ми, отнялъ ли будетъ у моего внука князь велики великое княженіе Московское и далъ ли сыну своему, вел. князю Василью. Да и Орвана сказывалъ, что дей князь великій у своего внука великое княженіе Московское отнялъ, да далъ сыну своему вел. князю Василью. И язъ, государь, царю молвилъ: будетъ, государь, тебѣ Орвана омякнувся сказывалъ про вел. князя сына; далъ государь князь велики сыну своему, вел. князю Василью, великое княженіе въ великомъ Новѣгородѣ... А про волошскаго, государь, кажутъ—у себя въ Волосѣхъ, а не валчитъ ни съ кѣмъ; а про султана турецкого кажутъ что у себя во Царѣгородѣ, а валчитъ съ угорскимъ».

Тамъ же л. 953 сл.

Въ октябрѣ пришло отъ А. Заболотскаго изъ Крыма донесеніе, что «волошской прислалъ ко царю своего посла о той радости, что царь Орду взялъ; а волошской, кажутъ, сбираетъ же рать свою, а хочетъ послати на литовского землю воевати».

(Тамъ же, л. 988).

Ex parte Mai-tis R. Ungarie Instructio pro egregio *Sigismundo Zanthai* ad d-num regem Polonie Alexandrum et deinde ad ducem Moskovie (Lib. legat. III, f. 46 v.).

Извѣстить Александра о данномъ ему, Зантаю, порученіи отправиться къ князю Московскому для мирнаго посредничества. Ideo petat ab illa Mte (Александра) informacionem Et prout eam Sua Mtas dederit, ita eciam procedat et faciat, In omnibus tamen seruetur modestia, ne illum ducem Moskovie pocius irritet quam concordiam inducat.... Et dum ad ipsum ducem Moskovie venerit, amicabiliter sibi loquatur...

Осень 1502 г. *Instructio d-ni Hungarie Regis ad ducem Moskovie* in favorem Magni Ducis Lithvanie de qua legatio faciunda

esset per Mtem R. Polonie sic ut expedit reipublice Lithvane (f. 47). Ср. Сборн. Р. Ист. Об. XXXV, № 73 стр. 311 сл. А. З. Р. I.

...Item si dicetur quare vaivoda Moldaviensis etiam suos oratores non misit ad ducem Moskovie, dicat, quod propterea non misit, quia causabatur et conquestus est nobis, quod libenter misisset Sed ipse d. Rex Polonie non permisit eos ire per terras et dominia sua sed ipsos repulisset, quod illi vaivode et etiam duci Moskovie multum displicuit. Et dato etiam quod ibi de hoc non interrogaretur tamen ipse Sigismundus Zantai nicholominus hoc introducat.

Ex parte cardinalis Regini legati sigillata erat instructio infrascripta: (f. 47 v.)

Domine Sigismunde, quando cum adiutorio omnipotentis Dei eritis cum duce Moskovie osculato prius breui S-mi domini n-ri illud et litteras nostras Dominacioni Sue praesentabitis ac illum nostro nomine salutabitis.—Et dicetis D. S. quod diu est quod destinaveramus proprium et specialem nuncium ad D. Suam qui postea propter aliqua impedimenta supervenientes accedere non potuit.—Deinde dabitis operam etiam nomine nostro quibuscunque rationibus poteritis persuadere, ut ipse pacem cum Ser-mo Rege Polonie genere suo ineat, eas instructiones que vobis per Ser-mum Regem date fuerint sequendo, addendo etiam quecunque vobis visa fuerint ad eam persuasionem pertinere, sicut: indignum esse consanguineos et affines qui sibi mutuo auxilio esse deberent inter se armis decernere. Item malignius multo ipsis inter se bellantibus qui christiani sunt, eundem Deum, idem ewangelium credent, occasiones illis dare qui sunt acerrimi christiani nominis inimici, Indignissimum vero ac preter omnem pietatem hoc tempore id fieri, quo ceteri omnes christiani in unum contra barbaros ac immanissimos hostes et christiani sangvinis sicientissimos Turcos convenerint, cum presertim concordia inter ipsos fiat, possit esse certissima victorie causa, si non fiat gravissimi mali, unde et ipsi duci sicut et ceteris christianis interitus immineat, neque cum credendum est, quod si Turci aut Tartari vincerent, quod absit, ipsi soli duci parcerent, deinde intelligatis causam discordie.—Et si reperietis quod sit quia Rex Polonie vult ut uxor sua sequatur ritum grecum, tunc expedit etiam hoc loco ostendere et docere, quod illa differencia que est inter romanam fidem et grecam, quam ipse dux sequitur, exigua admodum est, nec tanti facienda ut propterea non sit utraque fides uniuscuisdem Christi Salvatoris nostri, pro qua defendenda omnes qui christiani sunt sibi inuicem mutuo auxilio esse deberent. — Atque hoc loco exponite

confederaciones omnium christianorum principum et magnos aparatus eorum ad hoc bellum contra perfidissimos Turcos.

Jis atque aliis rationibus per nos excogitatis si videritis illum moveri ad pacem ineundam, vel saltem confederationem aut aliquam intelligenciam contrahendam cum Ser-mo Polonie Rege descendere, ulterius etiam procedite et videbitis illum adducere vel contra Turcos aliquid faciendum, vel saltem contra Tartaros si modo illi aliquod in christianos molirentur. — Si autem istis et aliis racionibus non moueretur ad aliquam concordiam ineundam, tunc poteritis uti cum eo aliis verbis et ei dicere quemadmodum Christus Salvator noster de cuius fide agitur, victorie christianorum deesse non potest contra perfidissimos crucis inimicos et quod firmissime credendum est in tanta omnium principum christianorum concordia et in tam maximo ad hoc bellum contra immanissimos Turcas appartu christianis victoriam ultimo defuturam, qua victoria consecuta principes christiani et presertim Ser-mus Ungarie Rex Regi Polonie et fratri suo non deerunt sed ei favorem contra ipsum ducem praebunt et contra eum arma sument et nos auctoritate S-cti-mi D. n. ac facultate nobis a Sua S. gressa contra eum ad excomunionem interdictum et alias penas eclesiasticas et juris remedia procedemus.

Далѣе о томъ же посольствѣ Сантая л. 48—52 слѣд. рубрики:

Quemadmodum d. Hungarie Rex et legatus deferebant ut Sacra Mtas Regia Polonie instituisset oratorem Sigismundum ad negocia cum Moskovita gerenda: Sic Serenis. d. Alexander Magnus dux etc. primum ordinem ad salutaciones et littera offerendas: Tandem ad legaciones dicendas ac ad responsa informaciones sic conscribi mandavit et Sigismundo dedit ut necesse erat secuntur itaque infrascripto ordine.

Sigismundi oratoris Hungarie legaciones Moskoviam commisse de mandato Mtis R. scripte.

Salutaciones ad Ioannem Magnum ducem Moskovie. Pape... Mtis R. Hungarie... legati Regini.

Hic littere dabuntur (см. Сб. Р. Ист. Об. XXXV стр. 341—344 № 73 и А. З. Рос. I, № 192 стр. 250 сл.)

Legacio S. Pontificis Alexandri VI sub credencia Sue Sanctis de latere legati ad Illustr-mum Magnum ducem commissa. (см. Сбор. Р. И. Об. XXXV стр. 344 и А. З. Рос. I, № 192 стр. 252 сл.)

...

Legacio Ser-mi et glorios-mi principis ac d-ni Wladislai Ungarie Bohemie etc. Regis ad vota Sedis Apostolice commissa per egregium

Sigism. Zanthai dicenda Illustr-mo Magno duci Moskovie. (см. Сборн. стр. 347 и А. З. Рос. I, стр. 255).

Instructiones ad respondendum: (f. 51).

Si dicetur *cur post Mathiam Cziesielski*[1] *non direxerat Rex nuncium* ad procurandam eam pacem.

Si interrogabit, *cur Vayvoda Moldaviensis oratores suos non miserit*: vel si dicetur: an cum Vayvoda Moldaviense negocium ilud eciam practicandum erit; aut si est practicatum vel dictum qui vicinus est Turcis etc.

Ad utrunque illud una fit responsio: Quia Sedes Apostolica negocia maxima prout illud est expedicionis generalis, primum cum regibus qui protectores sunt, fidei et universalis Ecclesie agit et expedit, postea super eisdem cum alys principibus fit consultacio. Itaque dum Ser-mi isti Reges ad expedicionem consencient prout vellent, dummodo paternum illud dominium pacificarent, Tandem et cum vayvoda Moldaviense et cum alys concludetur quid finaliter et (generaliter) faciendum erit. Exinde demum oratores vayvode ubicunque necesse erit et vocabuntur, et venient et similiter vestre d. Illustrissime.

Item *si interrogabit quis consultat pro expedicione sancta*, dicatur: Reges et principes christiani, primum tamen summus pontifex ordinat negocium illud sanctum et pium.

Item, *quandò futura*, dicatur: Quando v-ra d. Illustr. componet cum Ser-mo d. Polonie rege Ipsa quoque Maiestas cum Maite fraterna Regis Ungarie ad expedicionem sanctam consencient, tunc primum de tempore deliberabitur et Vra d. I. pro consilio et auxilio requiretur.

Item, *quomodo bellum Lithvanie et nostrum esset christianitati periculosum*, dicatur: Quia isti reges fratres aliter consentire ad communem expedicionem nolunt nisi primum pacificato paterno avito que illo Magnoducatu ab hys bellis...

Si dicetur *quid papa facere vult istis qui expedicionem impediunt* vel consilia et auxilia non prestabunt: Vetus est constitucio sacrorum canonum tales haberi pro hereticis et fidei christiane inimicis contra quos et interdicta deberetur mitti et excommunicaciones.

Si dicetur *an jam cruciata data est* vel excommuniones vel interdicta missa contra tales. и т. д.

---

[1] О его посольствѣ ср. А. З. Р. I. и Сборн. Р. Ист. Об. XXXV.

Legacio commissa Cazanowski notario ad d. Cardinalem et ad consiliarios regni cum d. Cardinali exeuntes (для отвѣта на сообщенія короля венгерскаго. f. 52 v.).

Quamvis vestris d-nacionibus dicendum primum esset de adventu nuncӱ Ser-mi Hungarie regis et ipsius expedicione, Tamen quia pertinencius dicetur de eo alys primum absolutis negocys, Itaque hoc principaliter Mtas R. commemorat v-ris d. Quia licet in novacivitate Corczyn deputacio erat facta dominorum qui ad justiciam finium inter Regnum et Walachiam pro festo S. Michaelis ituri erant quam deputacionem etiam Mtas Sua ratam habuisset, Tamen in omnem eventum aliam fecerat Sua Stas deputacionem per generosum d. Jacobum Syckliczki et per Cothwycz notarium qui d-ni Syckliczki precedebat, Sic que licet non dubitat Mtas Sua profectos d-nos illos aut de prima aut de secunda vice nominacionis deputacionisque sue, tamen quia propter defectum irremediabiles committuntur apud nos errores et negligencie, qui defectus saltem particular. non in toto sublatus fuisset, si tempestive cussio monete decreta fuisset talis qualem ferret eris et auri iniopia, propterea si in ea re commissa est negligencia, Mtas R. veretur ne palatinus Walachie invadat Russiam et dampnum commitat Verum licet v-re d. sciant melius quam Mtas R. posicionem et Regni et istius rei, Tamen in omnem eventum videretur S-ti sue ut ad ser-mum d-num Hungarie Regem nuncius iret (въ отвѣтъ на посольство Зантая. Зантай ѣдетъ съ грамотами отъ папы, отъ кардинала-легата Регина и отъ короля венгерскаго, для посредничества о мирѣ. Король проситъ пановъ обсудить возможныя условія замиренія съ Москвою. Сообщаетъ объ отношеніяхъ къ императору Перекопскому).

Rex hungarie. Walachus: Unde sive domini inerint Walachiam sive non, ad granicies, quam non solum ex parte Walachi, sed etiam ex parte precopensis Tartari non est cui confidendum iccirco forsan consulto faciendum erit, ut sub occasione agendarum graciarum pro invitacione ad nupcias [1] et pro nuncio Moskoviam misso induceretur dnus Rex Hungarie quotiens palatino Stephano notificaret suam quam habet cum fratre domino Rege Polonie intelligenciam, Et quia deberent ipsi fratres reges ipsi inimicem assistere et Regna tueri mutuis viribus a quolibet hoste, iccirco Mtis R. Hungarie nomine hortandus esset Stephanus palatinus quotiens quicquid sentiret adversitatis Regno Polonie imminere a Tartaris vel Turcis, studeret avisare Regem Polonie capitaneos que suos et per

---

[1] См. л. 46 v. короля венгерскаго (свадьба назначена на 8 сентября)

se hostem repelleret.—Per illam clausulam a quolibet hoste ut supra dictam posset palatinus Valachie revocari a machinacione sua, si quam habet contra Regnum, saltem propter id si ad granicies non tempestive venerunt domini.

Camyenyetz. Russia. Король сообщаетъ о распоряженіяхъ сдѣланныхъ относительно усиленія гарнизона въ Каменцѣ. Et ideo vestras d. rogat ut si pro graniciebus Walachie neglexerunt comissarii venire tempestiue, d-naciones vestre providere velint aut consilioi aut re ipsa ut terre Russie non invadantur per Walachum.

Romanorum Rex. (Отношенія съ нимъ не дружественны).

Smolensko-Hungaria-Walachia: Item dicatur quod sicut domini ex convencione Colense suaserunt, Mtas R. sola non iuit cum exercitu, tamen exercitus utrinque hac ebdomada congressuri et pugnatur, sunt, omni eo tempore feliciter succedebat S-tis sue gentibus et circa Smolensko multa milia hostium sunt trucidata, cum quibus iam generaliter confliendum est, aut fugient, quicquid tamen dextera Dei optimi concedet futurum, Mtas R. timet quia Walachus eas cedes eas quoque congressiones sentiens molietur inuadere terras Regni animo impediendi Mtem R. in actione contra Moskos, Unde non ab re esset quod etiam Rex Hungarie innocesceret hoc illi, quia et Sanctissimus dominus noster papa per legatum et Mtas R. per se media pacis querant belli illius sedandi, ut ille etiam spe conficiende pacis quiesceret et se postea connecteret condicionibus equis ad expedicionem contra paganos nam tanquam amore expedicionis sancte contra paganos studiosi pacis sumus.

Далѣе слѣдуетъ сообщеніе объ отношеніяхъ къ прусскому магистру и къ Турціи (получено съ венгерскимъ толмачемъ Пичекомъ письмо отъ Фирлея, отправленаго въ Турцію, изъ Темешвара отъ 16 августа): auisatam effecit Mtem R. quod nihil deberet timere Mtas Sua ex parte Turci, ageret que sua negocia contra hostem suum libere... Refert idem Piczek hungaris displicentissimum fore illud quod treugas querit Mtas R. cum illo, Unde eciam Mtas R. Hungarie occultissime expediebat eundem Piczek quando venerat pro conductore. Et prohibuerat ne quicquam dixisset alys. Alioquin forsan non permisissent proficisci d-num Firley habentem etiam litteras saluiconductus.

Turcus. Walachus: In presencia Piczkonis comes de Temeswar Jossze dicebat domino Firley, quia obtenturus esset a Turco quicquid volet, nam capitaneus de Sandirio sanzac id illi notificauerit Sperat Firley se rediturum pro carnispriuio, [1] Itaque istud auisamen-

[1] Воскресеніе семидесятницы.

tum necessario sciendum putat Mtas R. propter tractatus cum Stephano Valacho, qui non adeo deberet superbire audito eo quod Turcus nihil moliturus esset contra Regnum. — Forsan non a proposito esset (communi) Si tamen id fieri posset commode ut auisaretur Firley, quia isti Turci qui in Kilia et Byalogrod fiunt sepius ingrediuntur terras Regni. Et licet non mandato imperatoris, aut capitaneorum suorum tamen per illorum incuriam, prout nuper venerant cum Tartaris quingenti, qui per Volhinens sunt profligati victoriosissime et unus hic in Mynsko captus portatus erat, dampnatus tandem atroci nece pali, idem confessus erat non missos illos fuisse, sed furtim exiuisse lucrorum privatorum gracia, nesciente Bassza, nichilominus providendum esset quod de cetero illud non fient rem.

Наконецъ сообщается о взятіи подданной московскмоу князю Казани ногайскимъ императоромъ, объ отношеніяхъ къ императору Перекопскому, объ отраженіи 11 сентября нападенія русскихъ на Смоленскъ (взятъ въ плѣнъ Палецкій), о дѣлахъ подъ Орѣшкомъ и Полоцкомъ, о недостаткѣ въ деньгахъ; сообщается слухъ о смерти московскаго князя.

Сентябрь 1502. *Legatio de Mynsko ad Conradum ducem Mazovie et ad marszalcum Lassoczki* per notarium Cottficz (f. 57 v.).

Intelligens Mtas R. ex litteris V-re d-cionis nuper scriptis Palatinum Walachie in Hannuschowcze constitui et ita agere prout R. M. scripsit, Intelligens etiam alia que V-re d-cioni dicturus sum, sine mora me huc destinauit cum legacionibus ad. V. d-cionem ad d-nos et ad alios .prout V. d-cioni dicam.

Inprimis dum ita est quod palatinus Walachie adeo prope venit, Mtas R. auisat V-ram D. et mandavit, sic provideat et castra et civitates Camenecensem et Leopoliensem quod proditores non proderent illa et illas palatino. —Item S. S-tas mandavit ut V. D-cionem hortarer quotinus provideret et scrutaretur, si non essent proditores in castris et civitatibus ipsis...

Si dicet: supicor hic Leopoli de aliquibus, aut si dicet: timeo ne essent Leopoli, *dicas*: sic etiam Mtas R. intelligit quia Leopoli sunt proditores, Nam V. D-cione in Camyenyecz existente dicebant aliqui ciues Walachos per turres et alias secretas municiones civitatis Intellexit etiam S. Mtas inter notabiles consules aliquos esse qui proderent libenter si possent civitatem palatino si ille veniret.

Si ad unum concordabitis, dicatur: Quamobrem Mtas R. vult, quod rem ipsam secretissime teneatis. Ego ibo ubi (me) mandaveri-

tis ad d-nos et ad nobiles, ut veniant et inferant se ciuitati quod prevaleant civibus, ita tamen si palatinus Walachie aut eius exercitus erit ibi.

Si non erit palatinus aut eius exercitus, Nichilominus si potero reperire in his locis Russie et presertim prope Leopolim capitaneum Cracoviensem et Belzensem Russie que palatinos, debeo Mtis R. nomine persuadere eos ut constituerent qualemcunque exercitum aliquanto tempore prope Leopolim, Saltem usque ad Mtis R. aliam informacionem, nam timentur Tartari iterum venire...

Palatino Russie siue in Sczebrzessyn siue prope Leopolim agenti, palatino Belzensi, capitaneo Cracoviensi et nobilibus: Quamuis Mtas R. decreverat eundo Lituaniam quia debuit esse more terrarum generalis ne fuissent hi Tartarorum incursus qui sunt facti et ut tute nuncy iuissent ad palatinum Walachie, sed cum id non est factum, delet quam maxime R.~ Mtas de hoc et de dampnis commissis. Et quia timetur ne iterum Tartari incurrant, ac ne palatinus Walachie suam exercere contendat voluntatem in terris Mtis Sue, Iccirco Mtas R. rogat, velitis exercitum constituere prope Leopolim et perseuerare ad aliam informacionem Mtis R. quam Mtas. R. scribet aut intimabit (qum) d. Cardinalis eum informabit quid palatinus respondit Walachus...

Specialis capitaneo Premisliensi: Mtas R. grata erat quando intellexit V-ram D. esse in campo. Rogat eam ut cum consilio capitanei Leopoliensi et aliorum d-norum, Etiam si V. D. deberet kmethones suos walachos cogere ad exercitum, velit exercitum constituere cum cap. Leopoliensi et alys dominis (вслѣдствіе опасности отъ татаръ) aut ne palatinus Walachie procederet per terras omagiando terras et depopulando illas.

Si capitaneus Leopoliensis senciet de proditoribus Leopoli, Sit tibi commissum ut si capitaneo videretur, fieret tanquam conuencio in ciuitate et tandem faceret sic ut dominis qui ibi sunt consulcius videretur contra proditores illos. Item dicatur capitaneo quod provideat ne Walachi tanquam propter mercatum venientes prevaleant civili (p-tati) nam uti dicitur, consueuerunt in multitudine Leopolim venire mercatum.

Dicitur Moschus esse mortuus. Exinde factum ut fertur, Quia exercitus a Smolensko subito ymmo etiam fugiendo retrocessit. Item dicitur Quia fily Moskovie contendunt inuicem et primum ipsi interimerunt pro nepotem palatini Walachie alias Wunka. Item ipsi fily inter se certant pro dominio. Alter alterum cultello transfigere ten-

tavit et in pectore vulnus intulit. Regius exercitus missus est versus illa territoria que olim dux ille si mortuus est de ducatu Lithuanie occuparat et ibi hibernare debebunt. Magister Liuonie ex suis locis uadet etiam Moskoviam. Nuncius Hungarie regis mediat pro concordia. Sic sive mortuus est, sive non Moskovita, spes est quia cogetur ad concordiam et pacem firmandam que Magno ducatui utilis et honesta esset, quod Deus optimus prestare dignetur.

Conradi ducis Mazouie legatio, cum qua venit feria secunda ante Omnium sanctorum et peroravit eam Wylne *Iac. Karczowski.* (f. 58 v.). Отказъ въ помощи, ибо thezauri tum in expedicione Moldaviense, ac item in querendis remedys et interposicionibus in rebus suis ad principes et dominos sangwinis et domus V-re Mtis frequentibus que impensis copiose absumpti sunt.

1502 ноябрь. *Oratori hungaro qui super Moskoviam ituro scriptum erat* ad exercitum (f. 61) въ Минскъ. Къ нему отправляетъ король aulicum nostrum nobilem Iacobum (Lithvanum) qui nomine consiliariorum nostrorum Magniducatus Lithvanie habet specialem legationem (ad consiliarios Moskovie ducis), чтобы привезти изъ Москвы опасныя грамоты для пословъ; а пока пусть ведетъ переговоры вмѣстѣ съ generoso Georgio capitaneo (tenutario) Colensi et honesto Theodrico notario nostris per nos tue gratitudini adiunctis. Грамота короля изъ Вильны feria sexta in festo S. Martini A. D. 1502.

Theodrico notario:... Tu vero sepe cum eo (nuncio hungaro S. Zanthai) legationem perlegas, des que operam, ut omnia que scripta sunt debite et fideliter primum perorentur et per ducem Moskovie intelligantur. Tandem per eundem Sigismundum Zanthay perficiantur sic, ut habetis et in corpore legacionum et in punctis instructionum expresse denotatum.

Ноябрь 1502. *D-nus Krzyczky, decanus Cracoviensis cum legacione Rev-mi d. Cardinalis Wilnam venit* sabbato infra (octavam) Omnium Sanctorum, die dominico perorat, feria secunda legacio publicata fuit tenoris infrascripti (f. 62).

Сообщаетъ о прибытіи къ нему Сыклицкаго. Venientibus deinde nobis Cracoviam... accidit lugubris... casus incursionis hostium in Regnum, qui nec previderi potuit propterea quod furtim et silenter non per loca consueta sed preter consuetudinem per siluas venerunt sub ducibus illis quos putamus eis a Walacho datos, ut et is incursus eorum eo instigatore et cooperatore factus certo creditur... Ali-

quot deinde diebus in novacivitate (Corczyn) cum ipsis dominis consiliarys et aliqua parte nobilium aliorum deliberavimus et consultavimus, quomodo stabilius et cercius obviare possemus malis imminentibus ab eisdem hostibus, quorum recens multitudo aduentare dicitur in Regnum, Tum etiam audacie et perfidie ipsius Walachi resistere possemus, Qui congregato suo populo et asscitis etiam sibi Turcis et Raczis cum apparatu omni bellico nunciantur velle oppugnare castra Regni et presertim Halicz, Buczacz, Czyrvone Jazlowyecz et Camyenyecz (Рѣшено, ut in campo nobilitas congregaretur, in Poloniam quoque missum est ut et illius Regionis nobiles in auxilium accelerarent...) Eapropter egimus inter nos domini considerantes an propter necessitates prefatas et tam grande et ultimum fere periculum quod imminet ab ipsis hostibus, potissimum tamen a Walacho, vocare V. Mtem conveniret... Visum est maxime necessarium ymmo si retinere vult V. Mtas terras Podolie que necessitate coacte incipiunt laborare et deficere ad Walachum, sine omni mora opus est ut V. Mtas aduolet huc in Regnum atque in aliquo loco medio et commodiori ad providendum occurrentibus et Regno, et Magnoducatui consistat *.

Wa(la)chi *Responsio facta ad legacionem nobilis Iwan capitanei de Lypowycz per Rev d. Cardinalem*, Mte R. a regno absente, tanquam Gubernatoris nomine ad eundem palatinum Walachum destinati, ipsi palatino peroratam, Que quidem responsio data... Mti R. per d-num (Kryczky) nomine R. d-ni Cardinalis sic ut sequitur (f. 63).

Tanquam referret sic Iwanek: Dum veni in Halicz ipso festo S. Marci **, extunc d-ni legati ex parte Ungarie ante adventum meum uno die me anticipaverunt et postmodum miserant litteras binas versus d-nos Regni Polonie... Et postmodum me interrogaverunt, an aly nuncy post me equitant aut nondum; dixi illis quod non, extunc michi litteras illas dabant, quas ego nolui suscipere, sed die eo velocius de Halicz equitaui ad palatinum Moldavie. Post adventum meum in crastino dedit audienciam, ubi totum consilium palatini interfuit et palatino eidem dixi legationem, quod ei non videbatur esse possibile et verum. Et sic dixit: Quamvis d. Cardinalis infirmaretur, tamen omnes sumus sub potestate Dei, actamen aly domini in Regno interfuerunt, qui huic condictamini satisfacere potuerunt. Ex

---

* Отвѣтъ короля f. 65 (см. ниже).

** 25 апрѣля. (Translatio ejusdem 31 Januarii).

terra Regni Hungarie legati venerunt secundum condictamen, sed poloni me opinantur pro puero esse. Iam aliquociens mecum condictamen faciunt et utique finem ab eis habere non possum, asserens et firmans pro certo habere quod d. Cardinalis illic in Moldaviam equitasset. Postmodum dixit: Dum domini Regni Polonie aut Hungarie in hunc locum venissent et me non* veniente, excusando me infirmitate, quid mihi ipsi dicerent? Sed ego suo verbo satisfacio. Hoc michi super legacionem responsum dedit.

Dum michi intelligere dedit austere, quod super hanc legacionem nichil facere voluit, extunc eidem dixi istam aliam legacionem, Qua exaudita aduc fuit multo magis austerus, dicens sic: Volo jure tenere litteras prescripcionis alias zapisow et juramento suo satisfacere cum suis d-nis consiliarys melius quam d-ni poloni. Volens se dare super dominos tocius christianitatis, et aduc sic dixit: Quod istam terram in quam ego veni (quidem) nunquam fuit nec modo est nominata in aliquibus prescripcionibus, nec in aliquibus condictaminibus et est mea terra ex antiquis temporibus ad terram Moldavie spectans, super quam habeo certam et debitam justiciam ex antiquo, Ob hoc in eandem veni uti ad propriam suam terram. Et si aliquid poloni erga me velint facere vel incipere, extunc illi suo juramento et michi ipso violenciam facerent prout ipsi sunt asueti, ut michi ante violenciam fecerent et minus juste. Sed si mecum volunt esse ut decet super veros et iustos vicinos, extunc michi dent pacem in hac mea terra et in alys rebus secundum prescripcionem ut michi iusticiam faciant. Extunc invicem nos erimus iuvare contra Tartaros et alios paganos, quia nobis istud est necesse. Postquam eundem palatinum domini ex Ungaria affectabant, quod tempus condictaminis ultra proponeret, is sic dixit: Gratis michi ultra anteponere quia michi poloni nunquam iusticiam facerent. Et nichil voluit facere super postulacionem d-norum hungarorum. Et dixi ei: Ad hoc tempus manebo hic met sedens apud vos, Si d-nus meus gr-ssimus non teneret quod per me significavit extunc sim perpetuo in tuo carcere aut me des decollare Quia d-nus meus grac-ssimus alte sedis ecclesie sancte romane ubicunque dirigit nuncios suos aut litteras illic semper in verissima veritate uti princeps multum alte stirpis tenet. Ipse michi sic dixit: Quid michi esset pro tuo capite aut pro tua remansione, Et ego ante se periculum haberem, quod semper habui quod michi ullam iusticiam fecerunt Quia d. capitaneus Cracoviensis fideiussit michi sublata

---

* Зачеркнуто: invenirent.

fide pro Rege Regni Polonie et pro omnibus consiliarys Regni eiusdem Et michi id non tenuerunt; ob hoc iam nolo credere. Sed nunc iam volo meum proprium tenere usque ad meum gutur alias do gardla Et cui legacio fiet necessaria, extunc me inueniet in hac terra, h. e. in terra Russie.

D-nus Syetliczky referebat voluntate dominorum sic ut sequitur: Redeundo huc ad Mtem V. descendi ad d-nos Crac. et Sandomir. palatinos prope novám civitatem cum nobilitate... a quibus istud erat commissum michi ut pet... Mtas V. Hungariam oratores mittere admonendo Mtem R. et hungaros de inscripcione... prohibeant ut Walachus cessat ab illis insolencys.

1502 Augusti 3. *Litterae a Maximiliano Romanorum rege ad Alexandrum regem Polonie* (f. 63 v.).

Предлагаетъ дружественное посредничество для улаженія несогласій между Александромъ и герц. Конрадомъ мазовецкимъ pro salute christianorum, ut Ser-tas V. bello incumbere securius possit et devictis cum victoria hostibus suis, unanimiter cum reliquis regibus et principibus christianis contra immanissimos christiani nominis hostes Turcos proficisci.

Александръ отвѣчалъ 17 октября выраженіемъ сочувствія къ общему походу противъ турокъ et licet infinitis premamur negocys bellorum, tamen nos quoque pro viribus communi non deessemus actioni.

Dominis decano Cracoviensi et castellano Byeczens suprascriptis ad superius descripta date sunt responsiones et informaciones infrascripte (f. 65).

...Et si Ser-tas Sua aliter voluerit cum hoste suo Moskorum duce agere belli negocium et non qualiscunque pacis condiciones susceptura, sed eas per(e)quas et ammissa pro se ac alys belli huius socys suis recuperaret et dampnorum soluciones ab hoste exigeret, Tamen ut Sua Mtas potenciam auctoritatem que suam conservat celerius ad necessitatem Regni facere vult inquantum id effici poterit ut per quascunque condiciones eciam parum utiles bellum Moskovitanum suspendat aut componendo qualitercunque, aut sufferencias pacis faciendo, pace quocunque modo confecta Sua Mtas absque mora se ad Regnum conferet, ac cum consilio consiliariorum utriusque dominii ita faciet prout exiget communis Regni necessitas.

Interim ut aliquid Sua Mtas constituat ad id quod torrentem exigit repugnacionem contra Walachum, Sua Mtas decrevit et decernit in Hungariam oratores mittendos, designauit que et designat Rev. d-num Wlad. ep-pum et te d-ne Byecens. castellane.

...Dicetis quia in presente reipublice periculo Mtas R. providere cupiens per alique consiliorum media qualiter bellum illud quod palatinus Walachie infert absque dampno et Mtis R. et reipublice sedaretur, deliberavit mittere in Hungariam oratores Rev-mum d-num Wlad. episcopum et cum eius paternitate vos capitaneum Byecensem (f. 65 v. et 66).

... Si d. Wladislaus episcopus nollet iter assumere, agendum est apud Rev. d-num Cardinalem ut d. Archiepiscopus Roza vadat.

Ad Sacram Mtem R. d-ni Hungarie Regi (f. 68 v.) puncta ad legacionem notanda.

Sacra Mtas inter alia que nomine Ser-mi d. nostri Regis gracssimi dicturi sumus insolencia palatini Walachie preripuit prius dicendarum materiam. Acta non diu res est quod idem palatinus sub inducys pacis Ser-mum olim d-num Iohannem Alb. regem aggressus erat. Dum quoque Ser. olim Albertus Rex iniquum facinus in eo commissum animaduertere cogitarat, Tandem ad vota fraterne Mtis V-re rancorem contra palatinum temperavit et tales secum condiciones scripsit perpetuas, quales nunquam illi vi et armis adactis obtinuisse in Regno Polonie, nisi fraterna dignitas V-ra se mediam posuisset ad olim Mtem illam fraternam R. cuius ob intuitum Mtis Vre et olim Rex Albertus et prelati Pegni Pol. consenserunt illud ita fieri, non sicut debuit sed sicut Mti Vre placuit. Firmate condiciones erant privilegys et juramentis, firmate etiam auctoritate maxime potentissimi que principis mediantis V-re scilicet Mtis. R. Attamen Stephanus palatinus contra phas et jusiurandum multociens invadere ausus erat terras Regni Polonie, multas abegit gentes et Walachie intulit, Tartaros vocavit, et ductores Walachos eis dedit et vicibus preteritis et nuperrime clanculum venien. irrepciones fecere dampnatissimas ad terras Regni Polonie Nactus erat sibi et Tartaris commoditatem palatinus dum Mtas R. abesset a Regno, fretus non minus erat juramentis de Regno Polonie sibi prestitis sub quibus tucius incautos aggrederetur polonos, sic quoque et procurat per Tartaros Regnum depopulari et solus ipse ascitis Turcorum aliquod centenis et de regno ut presumitur Hungarie hussarorum non paucis terras Russie vastat et sue subycit dicioni in presencia certorum V-re Mtis baronum videlicet d-norum— et Czobor tunc secum in terris Russie existencium.

Ser. d. noster Rex qui in presenciarum, ut V. Mtas scit, bello se occupat Moskovitano, memor etiam existens juramentorum et fraternorum et consiliariorum Regni sui Polonie, non constituit quicquam adversus eam palatini novitatem donec primum deferret ad V-ram M. fraternam R. et dominos regni Hungarie senatores qui auctores pacis et condicionum illarum erant cum Stephano palatino.—Profecto Ser. d. noster Rex graciosissimus nisi primum sic faciendum deliberaret facile cum Moschis bellum sedare posset, facile se ab eo deocuparet, ad insolenciamque palatini illius vires converteret, Nam bellum illud ducis Moskorum consiliary Moskovienses per media Illust-me principis domine Helene magne ducis Lithvanie per medium que consiliariorum Lithvanie optant et swadent sedari. (Благодарность за отправку Зантая для мирнаго посредничества. Благодарность за приглашеніе на свадьбу)

...Itaque sic indolere dignetur Mti illi fraterne Regno fraterno paternoque nacioni illi sibi familieque sue regie fidelissime ut palatinus adeo propensam non reponat in ea regnis que suis fiduciam, utque ceteros barbaros hostes licencia illius non presumat tociens contra illud regnum ducere et solusipse palatinus Regnum vastare, homines rapere, abigere, subycere et territoria de corpore Regni antiquissima occupare postponat, juramenta teneat et condiciones inscripcionum vera fide non peruersa veritate implere studeat.

Dictum fide plenum Ser-me Rex ullum christianitatis regnum tot potentissimis Turcis Tartaris, Scismaticis et alys barbaris hostibus septum esse, et tam diutissime tollerans certamina continua, cedes, iacturas, sangvinis christiani profusiones, sacrorum profanaciones, virginum contaminaciones et tocius sexus ac status hominum predas, semper videns semper perpeti solitum, ad sustinendam vero tanti tamque diuturni belli furiam nullis fortunarum terrestrium accessionibus, que terris aurique copys fiunt, nullis etiam ut alibi reperabilis et lucrosis muneribus neque apostolice sedis patrocinys, neque cuiuspiam principis auxilys sublevatum populi duntaxat domestici robore invictissimoque pro fide christiani amore sustentatum.—Defert S. Mtas d-ni n-ri vim summam sibi regnoque suo inferri solitam ad eas sacram tue Mtis et tocius ordinis senatory Hungarie cervices prudentissimas defferet illico ad pyssimas sancte sedis Romane aures, defferet postremo ad christianitatis principes, siquidem nisi primum tua Mtas que ex vicinitate et necessitudine videlicet et denique sedes Romana sanctissima Imperyque dignitas Romani viribus et auxilys promptissimis et realibus non accurrent, Mtas sacra d-ni nostri, nacio que illa

semper principibus et Christo fidelis cogetur tandem hoc habere testimonium, ut non per ignaviam non per iniquitatem, non per malicie viam aut scandalum sed per vim et lassitudinem cogitur eam querere pacem, que et apud Mtem S. R. et in Regno suo queritatur diu a paganis, que profecto pax quales habitura erit condiciones, quales vicinis principibus felicitates allatura esset videretur.

Ad prelatos Hungarie ex parte Polonie prelatorum... *puncta ad legacionem faciendam* (f. 70).

...Quia d-ni prelati et barones seniores nostri credunt V-ras D. ignorare quantum habeat Turcus desiderium ut per hec regna vestra aperiat contra remociora christianorum principum dominia, Et primum dum ex illis Transsiluanie et Croacie partibus difficilior illi transitus fieret ad hoc inclitum Hungarie regnum molitur siue per vim siue per condiciones nobiscum faciendas planissimis Regni nostri transitibus votis contra Hungaros potiri, Nobis quidem pax perpetua et felicitates offeruntur infinite, Tamen domini Polonie non adeo deiecti sunt animi ut christianis diffidant presidiis et se paganorum committant pollicitacionibus. Itaque V. D. intelligant quod iam tandem regnum illud laborat in lassitudine et reuera V-ras D. non prout a culpa abesse fateri necesse est qui (existentes) vicinissimi ulla auxilia, ulla quoque consilia fraterna commodarent hactenus illis ymmo etiam animarunt, seu ut verius loquendum esset, deprimarunt palatinum Walachie ut tandem horum malorum ductor auctorque esse. Quapropter R-mi et V. di in Christo patres magnifici et egregy domini expergiscantur Vre d. et semel hoc saltem tempore quo vel maxime necesse est fratribus vicinis consilys auxilysque accurrant Mti R. perswadeant et soliipsi curent prudentissimis consilys id agere quod illi nunc expedit, quodque in proximo ad hostia Regni istius serpet; palatinus Walachie minister communis est malorum. Hunc nisi temperabunt communia consilia nostra, non dubitabunt d. vestre d-nos polonos non per maliciam aut impie et scandalose, sed per vim et lassitudinem eas facturos condiciones cum paganis quas optant diu...

Mroczek notarius Russiam legatur per quem Russie in conuencione... dicendum (f. 71).

Въ отвѣтъ на сообщеніе Котфича и кардинала-легата о воеводѣ валашскомъ. Iam Mtas S. scit quid palatinus per Iwanek respondit, scit etiam Sua S-tas quia iam palatinus in medio militari ab Halicz granicies fecit. Scit quo ordine redierit Walachiam relictis presidiis

in eis locis que occupauit possidetque de Regno. (Король не можетъ вернуться изъ Литвы вслѣдствіе продолжающейся войны съ Москвою и начавшагося мирнаго посредничества. По дѣламъ же съ Валахіею рѣшилъ отправить въ Венгрію епископа Владислава или архіепископа Львовскаго и съ ними (отъ Литвы) Сиклицкаго. Подробное распоряженіе о военныхъ мѣрахъ въ предупрежденіе набѣга Татаръ или нападенія валашскаго воеводы).

Cracis legacio intimata per Carwowzki (f. 73) ad d. Cardinalem et consiliarios.

Postquam abierunt a Mte R. de Lithuania venerabilis ac generosus d-ni decanus Cracouiensis et castellanus Byecensis Scripsit Mti R. ex Leopoli Leopoliensis capitaneus quod palatinus Walachie suas contra Regnum machinaciones non intendit minuere sed iam etiam granicies fecit et officialibus Mtis R. precepit et preceptis comminaciones adiecit sic uti istud ex litteris videbunt D. Vestre.

Dum itaque tales non formidat intimare comminaciones et tanquam constituciones facere ut scilicet capitanei sui auisarentur quod facerent justiciam in his per eum occupatis bonis et quod de Regno non deberet quicquam attemptari pro iniurys, nisi illis auisatis, et item ut Cracowyczki proditori, quem scribit palatinus suum seruitorem esse, restituantur quedam res et pecuniarum summe deposite Leopoli ac bona immobilia, facile occasionem finget iniurie et belli innouandi dum res minima earum quam habere vult non redderetur aut in minima parte alias fieret quam vult.

Item cum a Tartaris nunquam possumus nobis polliceri pacem futuram excepto quod per auctoritatem imperatoris Turcorum eam habere studeremus per aliquas condiciones que etiam parum honeste possent in extrema nostra calamitate cogitari, Saltem quousque comuni summi pontificis et principum christianorum consilio liberarentur christiani a vexacione paganorum quod reuera sperandum est aliquando fieri necessario si ecclesie sancte consulendum erit ne conteratur.

Quamvis impossibile esset uni isti pauperi Regno iam vero viribus, potencys et fortunis prope exterminato, sustinere bellum ab hostibus populosissimis et potentissimis Turcis, Tartaris et Scismaticis, Sed necesse erit his nouis periculis et insidys etiam a palatino Walachie imminentibus noua adhibere remedia,... (перечисляются мѣры принятыя для обороны Червонной Руси; онѣ должны распространяться и на terras Cracowienses).

...Verum quia consulcius esset ut V. D. Illust-ma interim cum consiliarys uniuersis conueniret et decerneret ut legarentur nuncy ad Romanorum etc. Reges ad Electoresque Impery et per Germaniam quibus exponeretur hec que isti Regno a paganis infertur violencia, captareturque per querimoniam illorum beniuolencia, (quotinus) dum Regnum istud dicatur antemurale illorum esse... auxilia prestent contra paganos nobis, nobis inquam qui per tot centena preteritorum temporum viribus sanguine et opibus nostris antemurale illud defendere consueuimus etc. Interim Mtas R., deocupando se a bello Moskouitano, institueret generalem toti Regno conuencionem pro qua vocaretur Mgr Prussie, cuius vocacio si fieret ante legaciones illas per Germaniam faciendas, impediret vota Mtis R. in Germania, pro eadem etiam generali conuencione redirent nuncy ex Germania aut responsa Regum ac principum dirigerent, quibus responsis scitis et habitis Mtas R. captata beniuolencia Germanie principum in spem eius ymmo etiam auctoritate accedente Imperatoris ex eadem conuencione generali mitteret Romam, faciliter que impetraret decimam generalem per Germaniam, per quam aut defenderetur Regnum, aut castra munirentur loca quoque fortificarentur, in quibus presidia tute locarentur et ex eis fieret communi populo confidencia et spes indubitata defensionis, quam in spem in rures residerent, sicque iterum terre ille inhabitarentur. Si nulla spes ex Germania afferetur pro necessitate nostra, extunc Mtas R. necessario se conferret ad condiciones pacis apud paganos obtinendas, etiam si ille parum honeste essent; interim eadem celi inclemencia reliquos fratres christianos opprimeret et cogeret ad expedicionem generalem, sicque aut comuni expedicion. contra paganos liberaremur ab illis inscriptis condicionibus, Aut si expedicio generalis non fieret, Nos non ante alios sed simul cum alys periremus. Itaque ante illam conuencionem generalem pro qua Mtas R. constitueretur, deberent legaciones premitti ad reges et principes catholicos, ut sciremus qualiter rebus nostris in generali dieba prouisuri sumus, ut que apud illos in futurum essemus excusati si aliquas fecerimus cum paganis condiciones que illis non placerent, aut que non omnino essent honeste

...De Moskouia salvusconductus est allatus hungaro oratori. Itaque ille profectus est in Moskouiam, et creditur iam ibi constitui. Post eum ibunt designati oratores poloni: d. Lanciciensis palatinus nomine Regio. Ioh. de Buczacz senior Petrus (dapifer) Cracouiensis et notarius Stan. Goreczky *) nomine prelatorum Regni, Lithuani:

---

*) Ср. Сборн. Р. Ист. Об. XXXV № 75.

pincerna Lithuanie Hlebowicz capitaneus Vitepsko et Phethko notarius etc [1]).

Item in puncto mei de Vilna recessus venit nuncius d-ni capitanei Leopoliensis cum litteris ad Mtem R.

Nouitates de litteris d. capitanei Leopoliensis erant transcripte sic.

Ceterum Vra R. Mtas scire dignetur quod fuit quidem Ilko apud me cum legacione infrascripta.

Legatio voievode quam Ilko Wstekli referebat capitaneo Leopoliensi (f. 76).

Dominus Woyeuoda intimauit ad te [2]) (qui) semper amicus patri tuo et domui tue ac tibi et fratribus tuis. Nunc rogo ut se interponeris ad R. Mtem, quod daret Sua Mtas pacem huic terre et dimitteret illam que terra est mea et patrimonium meum quam ego recepi cum consensu domini Regis Hungarie et ex mandato illius, si ista Regia Mtas sinat, volo esse adiutor contra Turcos et Tartaros quod unquam vastabunt terras R. Mtis, miserat ad me R. Mtas dominum capitaneum Cracouiensem assignando diem quod domini debuerunt deequitare a R. Mte pro tempore assignato. Ubi et domini Hungarie debuerunt fieri quos ego conduxi qui dum venerunt monstraverunt (mihi) granicies quas ego feci, confido quod terre mee et patrimonio meo dabit pacem R. Mtas quia illam ad gutur meum defendere volo et te rogo ut non permitteres in terra mea dampna facere, quia mansi duos capitaneos Hrinkowycz kluczniyk et Kyrlchahn Myewnyk [3]) quibus mandaui ut iusticiam facerent subditis R. Mtis et tu etiam meis, si illis iusticia non erit, mandavi illos defendere, Tamen dominus Woyeuoda wult tenere inscripciones suas et iuramenta et consiliariorum suorum.

Responsum capitanei Leopoliensi super legacionem palatini datum.

Gratus sum de amicicia domini woyauode quod michi eam ostendere vult prout patri meo. Intimauit dominus woyeuoda ut interponerem se ad R. Mten quod istam terram dimitteret illi. Ista res non est mea quicquid facere in hac re inter R. Mtem D. m. grac-ssimum, Sunt domini seniores consiliarii Regni qui magis in hac causa perficere possunt et stabilire ista inter dmnum palatinum et Rm. Mtem Dm. m. gr-simum, tamen quod attinet inscripcionibus, que sunt inter R. Mtem Dm. mm. gssimum volo se interponere quod domino pa-

---

[1]) Прибыли въ Москву въ мартѣ 1503 г.

[2]) Capitaneum Leopoliensem.

[3]) Myecznik?

latino tenerentur prout dante Deo iste omnes res que nunc sunt componentur et in fine bono statuentur inter R. Mtem et Woyeuodam. Quod attinet pro iusticia facienda, ego faciam iusticiam Dni Voyewode hominibus nisi q. iusticia etiam faceretur subditis R. Mtis in quo nuncium suum mittam ad woyeuodam. Et misi ad eundem woyeuodam nuncium pro aliquibus iniurijs tamen magis ut aliquid rescire possem quid agitur ibi.

Ceterum V. R. Mtas scire dignetur quod cum sextarys nullum finem fecerunt et sic intelligo quod condictantur cum istis servilibus si cum ipsis finem non faciant omnino conspirabuntur. Ego scripsi sepius et scribo d-no Cardinali et ceteris d-nis consiliarys, tamen ad hoc tempus nullus finis est inter illos, ceterum V. R. Mtas quod pro certo relatum est michi quod Woyeuoda iam conscriptos homines habet p. Bucovinam tria milia qui se sibi subdiderunt et exhinc ad ipsum fugerunt quibus ipse mandavit ut equos, hastas, sopulas, sagittas, clipea alias tarcze haberent, peditibus vero ut haberent lances et clipea, qui in duabus septimanis debent se monstrare. Ceterum V. R. Mtas scire dignetur quod navigium in Copyecz destruxit et naues secat Et theloneum recepit et in Nyesnow nauigium fecit et theloneatores constituit in zuppis, Etiam zupparios constituit tam in Colomya quam in zuppis haliciensibus, V. R. Mtas scire dignetur si non erit provisio V. Mtis alia. Hic in istis terris vere omnes Rutheni vadent ad woyeuodam, quia multi ribaldi vadunt ibi et nichil advertunt super suos dominos, Ceterum V. R. Mtem rogo me non tradat V. R. Mtas oblivioni, gracia sua. Deus scit quod non presumo V. R. Mti scribere de defectu meo videndo nunc necessitatem V. R. Mtis prout ille quittancie mee non sunt adhuc extradite quas mihi V. Mtas dedit, tamen spes mea in Deo et V. R. Mte.

Seren-mus d. noster Rex gr-ssimus et quilibet intelligit Tartaros ductu palatini fuisse vocatos contra Regnum, quandoquidem palam sua legacio continet, quia (potest) illos et ducere et abducere Itaque res ipsa atque legacio suprascripta deferatur ad consilia d-norum, presertim vero Mtas R. rogat V-ram D. Illust-mam ut cum non ignoramus necessitatem et quidem summam tocius rei benegerende in Russia ut stipendarii foueantur ad certum aliquod tempus. Rogat Mtas R. qtinus V-ra D. I. vel de erario Regni vel de exactionibus aut smodalibus aut terrestribus aliquid mandet colligere pecuniarum pro sextarys et alys stipendarys in Russia et ut mitteretur aliquis discretus cum pecunys et pannis et daret illis. Prius vero quam fiet ista preparacio mittendarum pecuniarum, videredtur Mti R. quod pre-

mitteretur nuncius ad sextarios et stipendarios alios significans afferri afferenda, et qui prerogaret eis seruicia ad futurum quartale anni sic omnia prouidendo quod non recedant de Russia saltem propter Rutenos ne ad palatinum a nobis deficiant.

... Ex istis capitanei Leopoliensis auisamentis colligitur auisamentum, quia si vel impedietur in istis occupatis locis vel etiam si non permitterentur mercari Walachi Leopoli, Et si regnicole Walachiam mercatum non mitterentur, intelliget palatinus bellum sibi moveri. Sic timendum ne cum imparati erimus, ille iterum Tartaros et Turcos mittat contra nos. Iccirco V. D. Jll. consulat apud prelatos consiliariosque Regni quid in ea re faciendum. Scribit capitaneus Leopoliensis quemdam advocatum Soczauiensem venturum cum mercibus aut Leopolim, aut versus Mducatum Lithuanie ut sub specie mercature exploratam haberet posicionem Mtis R. et terrarum, quod verisimillimum est. aliquibus videbatur ut prohiberetur sibi licencia mercandi ymmo etiam veniendi, consulcius tamen erit non faciendum aliquid inconsulte. Iccirco super isto aduentu aduocati. Ac super mercatura ipsa communi qualiter faciendum esset. Et si ipse capitaneus Leopoliensis istud prohibere debeat, dignetur V. D. I-ma receptis super hoc consilys capitaneo Leopoliensi primum informacionem dirigere quam consulent domini ad premissa tandem etiam id Mti R. consilium illud suum ac dominorum innotescere.

1502 Decemb. 7. *Magistro Liuonie.*

Король вслѣдствіе посредничества короля венгерскаго и папы, вступаетъ въ мирные переговоры съ Московскимъ княземъ за себя и за магистра *). Приглашаетъ его прислать своихъ пословъ въ Москву; польскіе же и литовскіе послы уже въ Смоленскѣ (6 янв. или 7 апр., pro festo Epiphaniarum).

1502. *Legacio prelatorum et consiliariorum Regni Polonie ad consiliarios Magniducatus Moskouie* (f. 83). Ср. Акт. Зап. Рос. I стр. 275 и Сборн. Р. Ист. Общ. XXXV стр. 382.

Quamuis d-ni consiliary spirituales et seculares Regni Polonie post mortem divi olim Alberti Regis Polonie elegerunt pertinenter in Regem et d-num suum Ser-mum principem et d. d. Alexandrum etc..; cujus felicem electionem et imperium iam V-re D. intellexerunt ex legacione per nos principi V-ro perorata. Tamen d. Archiep-pi, epis-

*) Ср. Сборн. Рус. Ист. Общ. XXXV № 72 и 73 (стр. 361).

copi et ceteri spirituales et seculares consiliary Regni Polonie, domini et fratres seniores nostri commiserunt V-ris D-cionibus id referre specialiter, quod licet habuerunt alios principes eque divites et eandem et forsan maiorem iusticiam habent quod electi fuissent ad regnandum apud eos, prout Ser-mus d. Wladislaus Hungarie Rex qui primogeniture ius et Regna amplissima habuit et illustr-mus d. Sigismundus Slezie, Opauie, Maioris Glogouie etc. dux germanus eorum, cuius ducis Sigismundi ducatus ratione vicinitatis sunt cum Regno contigue ducatus sui perutiles fuissent Regno, Tamen quia d-ni fratres seniores nostri attendebant plus necessitatem christianitatis communem quam privatam, attendebant etiam hanc affinitatem et amiciciam, quam contraxit d-nus noster grac-mus cum illustr-mo d-no vestro que toti christianitati proficua esset si tam potentissimi consangvinei principes suas potencias contra paganos converterent, attendebant etiam antiquas inscripciones inter Regnum et Magnumducatum Lithuanie existentes in quibus utrisque dominiis unus dominus esse debet, Attendebant palatini Walachie consilium qui propter amiciciam hanc vestram et propter uniendas contra paganos ex his partibus potencias consuluit ita fieri Et non minus prefeferebant vestras dominaciones quia ex hac vicinitate que dominis polonis est vobiscum per medium Lithuanie, Iccirco d-ni fratres seniores nostri libenter habere vellent cum vestris d-cionibus fraternam vicinam amiciciam, conversacionem et intelligenciam, ipsi quidem ommissis omnibus ipsorum utilitatibus sed (directe) attendendo ea que exposuimus presertim vero propter rempublicam christianam ut haberent aditum ad reintegrandum amiciciam inter istos principes, nostrum d-num grac-sum et vestrum dominum utque conducere possent et Regni et istorum ducatuum dominia ac potencias ad bella contra paganos, Sic quoque ut ipsi domini fratres seniores nostri per vicinitatem Lithuanie eandem amiciciam et conversacionem haberent cum vestris d-cionibus quam cum d-nis Lithuanie fratribus suis et vestris vicinis habent (все это сообщается въ надеждѣ, что) ex hoc gaudium habebitis singulare, quoniam factum intelligitis ad honorem Dei ac ad honestatem et consolacionem illustrissime istius familie Moskouie et nacionis vestre. Сообщается о посредничествѣ венгерскаго короля и папы; весь христіанскій міръ удивляется враждѣ двухъ могущественныхъ державъ и родственныхъ государей; паны польскіе убѣждаютъ бояръ московскихъ, чтобы они habendo respectum primum ad rempublicam christianam, tandem ad vicinissimam amiciciam propter quam isti principes consangvinitatem inierunt et eam per matrimonium illustr-me

principis d. nostre d. Helene contaxerunt, nobiscum una consulant ut amicicia ipsa que maligni spiritus ductu impeditur, ne bella contra paganos gerantur, nobis mediantibus reconcilientur...

1502. *In consilio Lytuanie infrascripta puncta erant approbata* et data polonis et lytuanis *oratoribus in Moskouiam* (ibid. f. 84).

Isti articuli sunt inferius scripti:

Si dicetur quod pax teneri debuit ab utraque parte donec missi fuissent magni oratores Regum Ungarie et Polonie, hec res fuit immutata morte Regis Polonie Alberti, attamen Mozayski prius fecit excursionem in terras Lithuanie, postea vero Osstafey defendendo terras d-ni nostri inuasit, similiter terras Moskouie ducis. — Ad extremum non discendatur ab inscripcionibus ultimis et ita (sic) in federibus (hisdem) continetur fieri contendatur. Item si aliquid in parte voluerit restituere et non in toto, non suscipiatur sed inducie pacis ad tres annos fiant ut per annum consiliarii utriusque partis conueniant in finibus terrarum qui tentarent si possent certam pacem et finalem concordiam facere.— De ducibus qui a Rege defecerant si redire voluerint, suscipiantur siue in perpetua pace, siue sub induciis. Item si Magister Liuonie non mittet nuncios in Moskouiam, agendum nichilominus erit de pace iuxta informacionem, si mittet tunc cum eis pariter pax facienda erit siue perpetua, siue temporaria.

Articuli super legacionem ad ducem Moskowie (Тѣже, что сообщены московскому правительству и отпечатаны въ А. З. Р. I, № 200).

Instructio Orzechowski data ad suplementum Legacionis Ungariam scripte, ad d-nos Rozam archiep-pum et ceteros consiliarios Cracovie... existentes (in crastino Conuersionis S. Pauli apostoli) (ibid. f. 88).

... Nondum Mtas R. intellexit quibus condicionibus et quamdiu treuge pacis a Turco sunt allate ac qualiter ille imperator cupiat contra voluntatem regum vicinorum occupare Walachiam portum que terrestrem sibi aperiri ad (dominya) christiana Unde videretur Mti R. dicendum Hungarie Regi et forsan eciam d-nis hungaris qualiter prouidendum esset morte secuta palatini Walachie ut non occupet Turcus Walachiam, dum Firley venerit ad Mtem R. et lacius ea dicet que scienda sunt. Tandem R. Mtas per secretarium Buczaczki d-nis Ungariam ituris significabit quicquid significandum erit in ea re.

Itaque hac vice Orzechowski commissum est ut premissorum relacionem faciat dominis Cracis existentibus...

Legacio ad Noueciuitatis et Colensem conuenciones (f. 89 v).

Vre d-ciones intelligunt melius (quam) Mti R. constet cum nouiter solium paterni regni consendit, que necessitas urget rempublicam regni, que insidie antique queque nouiter struuntur contra Regnum, sciunt eciam quibus remedys quibusque consilys impensis et celeritate prouidendum est, ne ad extremum destruamur, Ac ne regnum istud a paganis occupetur. Nam Sicut celeritate et non alienis conducticys sed propriis hostium viribus debellamur, Sic nos quoque sic preparari fartasse necesse est, ut celerius et meliori instituto semper occurramus hosti insidiisque imminentis. Quamobrem Mtas R. conuenciones instituit Pyotrkowie pro dominica Reminiscere [1] hic eciam Vris D. eam pro qua conuenistis et aliis terris alias terrestres. Nam etiam terris Maioris Polonie in Colo pro dominica Inuocavit [2] indicta est. Et quia consulendum erit de nouo defensionis modo et de ordine deque impensis quibus onera belli ferenda erunt, de auxiliis fratribus Lithuanis prestandis, de Prutenis qui forsan aliud cogittant quam deberent et presertim Mgr Prussie. Item de Turco a quo licet treuge habeantur, tamen tantum eis confidendum est, quantum annis preteritis sub illis faciebant. Item de Tartaris quos forsan studiose Turcus treuge non inscripsit cum quibus bellum est commune sicut expertum id habetur. Item de Walacho qui nouas contra Regnum fecit insidias et iacturas. Item de duce Conrado qualiter pacificando sit ne queratur, Ne relinquatur occasio hostibus Prutenis Imperiali Mti, Valachis, principibus generis qui omnes facere volen. contra Regnum confiderent in ducis illius assistencia, et timendum est ne offerantur ei contentaciones in Germania pro suis Mazouie terris. Item de castris in Russia Camyenyecz, Halicz et alys muniendis et seruandis, que iam prouentibus carent. Item de Ungaris quorum forsan suggestione Walachus aggreditur Regnum. Item de deportacione regnicolarum si illud silencio habendum sit. Item de dotibus quarum soluciones habere volunt principes generi. Item de statu Regis cuius Mtas non habet in possessione bona regni sic quod non potest sufficienter consulere defensioni, Immo difficile est ut consulat Mtas

---

[1] 2-е воскресеніе четыредесятницы. Въ 1503 г. Пасха была 16 апрѣля.

[2] 1-е воскресеніе четыредесятницы.

Sua unde victum habeat, unde curiam seruet, unde legaciones expediat, que omnia cum magno sumptu fiant.

Et de alys maximis negociis Regni que proponentur Pyotrkowie deliberandum erit Itaque Mtas R. rogat, hortatur et mandat ut tales et tot nuncios eligatis et mittatis ad conuenciones illas Colensem et tandem Pyotrkouiensem ituros qui facultatem haberent vestro nomine omnia faciendi que premissa concernunt queque per se essetis consulturi et decreturi.

Vulgaris ad idem ut super quia Lanczkoronski ydioma latinum ignoraret (f. 90).

...Thez o pany Wangri sansyady nasse ktorzy w kthorym są porozumyenyu s namy yego myloscz nyerozumye y owssem mnyma yego myloscz, yz w ych nadzeyą Walassyn thak wyssoko yesth smyal y podnyosl sya przeczyw Krolesthwu.

Rex Anglie scribit pro confederacione inter se et Scr-mos Hungarie et Polonie Reges (f. 92).

Вслѣдствіе посольства отъ короля Владислава венгерскаго съ приглашеніемъ къ союзу противъ Турокъ. Король Генрихъ отвѣчаетъ грамотою изъ Ричмонда отъ 30 мая 1502 г. о готовности своей вступить въ союзъ съ Польшею и Венгріею противъ Турокъ; отправляетъ посла своего vener. d. Ganfredum Blithe decanum Eboracensem.

1502 ноября 19. *Rex Hungarie scribit ad idem quod supra* (f. 92)

Сообщаетъ, что въ отвѣтъ на посольства отправленныя къ разнымъ европейскимъ государямъ и въ томъ числѣ къ королю Англіи pro aliquo subsidio contra Turcos petendo, послѣдній прислалъ своего посла съ грамотою и cum certis articulis, которые онъ, Владиславъ, препровождаетъ на разсмотрѣніе Александра. Et quia in eisdem ipsis articulis aliqua visa sunt utriusque nostrum quodammodo duriuscula et difficilia, nec posse nos cum honestate et bona racione ad ea accedere, Iccirco illa in aliqua sui parte limitanda et modificanda statuimus, quosquidem articulos sic etiam per nos limitatos et modificatos Mti V-re similiter cum presentibus mittimus. Qualis autem sit ipsa limitacio Mtas Vra animaduertere velit. In primo nanque articulo circa pene calcem articuli cum cruce signati posuit illa Mtas his verbis prout in propriis suis articulis videbit «contra Turcos et alios quoscunque hostes presentes et futuros etc». Ista verba sunt per nos reformata et transmutata positaque in hanc formam: «Contra Turcos et alios quoscunque hostes alieni parcium prius non confederatos,

vel sangvine aut affinitate non coniunctos, presentes et futuros etc». Quoniam cogittauimus posse fieri aliquem aut ex prius confederatis, aut consangvineis et affinibus nostris, illi hostem, contra quem non liceret nobis aut Mti Vre ut Suam Mtem iuuaremus, quia esset prius confederatus aut affinis noster, alias facceremus contra fidem et honestatem. Deinde quia sextus articulus ipsius d-ni regis Anglie continet Quod subditos rebelles, proditores et transfugas de crimine lese Mtis conuinctos et suspectos, neutra parcium in sua regna suscipiat, et quod tales ad requisicionem alterius partis infra unum mensem ad manus illius cuius fuerint illi rebelles, per alteram tradantur etc. Id quoque nobis et Mti Vre inconueniens visum est Quod vidzt si aliquis fortassis vel affinis vel confederatus noster ad regna et dominia nostra veniret et esset illi hostis, quod nos teneremur eum tradere ad manus Sue Mtis. Quapropter istud quoque articulum honestauimus et illos predictos affines et confederatos nostros excepimus... Ceteros articulos fere in nullo immutauimus quia videntur nobis bene admitti posse. Quia vero prefatus orator Anglie nullum penitus mandatum, nullamque facultatem habuit ipsos articulos immutandi seu variandi... Immo eciam litteras paratas sub sigillo et privilegio attulerat sub spe et confidencia, quod illos prout stabant in litteris, tam nos quam etiam Mtas Vra acceptaret et ratificaret... non putauimus esse opus ut eum hic diucis retineamus aut quod Mtem Vram prius, ipso hic existente, super his rebus consuleremus, sed limitatis et mitigatis... eisdem articulis, eundem remisimus, mitigatosque articulos litteris nostris inclusimus, significantes Mti Sue quod quamprimum per eandem certificabimur, eam illos iuxta nostram limitacionem acceptasse, nos una cum Mte Vra litteras in forma privilegii per proprium nostrum oratorem mittemus. Проситъ разсмотрѣть статьи, чтобы въ случаѣ согласія Генриха на предложенныя измѣненія, отправить ему трактатъ. Nobis nanque non est visum ut spontaneam illius Mtis nobiscum se coniungendi voluntatem spernamus, modo fiat id sub talibus condicionibus sub quibus id honeste facere possimus, certe illius amiciciam et condictionem libentissime amplectemur. Nichilominus tamen quicquid vel Mti Vre in his et circa articulos tam limitatos quam non limitatos visum fuerit eisdem bene ac explicato ut dici solet ingenio perlectis, Regamus faciat nos cerciores; de rebus Moldauiensi quid egerimus quantamque diligenciam in illis fecimus et facimus quottidie ut bono modo sopirentur Mtas Vra ab Illustr-mo principe d-no duce Sigismundo fratre utrinque nostrum charissimo intelliget... Dat. Bude in festo Bte Elisabeth vidue A. D. 1502.

Capitula Ser-mi d-ni Regis Anglie (f. 93).

1503 (февраль). *Legacio ad convencionem generalem Piotrkowiensem* d-nis Iohanni Polak castellano Gneznensi et Nic. Ffirlei vexillifero Cracis commissa (f. 95).

...De Walacho licet tucius consulendum erit dum Mtas R. huc feliciter veniet et habebuntur pacis Moskouitane seu auisamentorum a nuncys Moskouiam missis certitudines dum que alia per Mtem R. dicentur que ex parte Zawolhensis futura credenda erunt. Tamen videretur non ab re cum d-nis Ungaris specialiter paciscendum de Walacho saltem conseruando ut finaliter terram illam non possideat Turcus. Exinde veniendum erit ad restitucionem eorum que Walachus adimit Regno. Exinde eciam tractandum pro dampnis per eum illatis. Exinde faciliter omnis consultacio ad defensionem contra Tartaros Precopenses et alios ocultos Regni hostes.

Cum quibus Ungaris Mtas R. voluit rem agere per legacionis media ante dicte presentis tencionem. Король проситъ, чтобы паны обсудили этотъ вопросъ. Verum quia interim dum afferebantur Mti R. illa auisamenta de Cracouia quia d-ni aliter decreuerunt faciundum ad legacionem Ungarie, date erant Mti Sue littere Ser-morum d-norum Hungarie et Anglie regum, quandam tanquam generalem confederacionem atque ligam cum S. Mte et dominys Ser-tis Sue promouendo, quequidem confederacio siue Mti R. videtur esse perutilis ymmo maxime necessaria saltem contra ordinem Prussie, Contra quem ciuitates Hanse et (est) illi stagnales atque maritimi potentates non parum adiuuenti afferrent nobis, Afferret etiam tantum commodi et auxily Philipi Burgundi et palatini Reni copulacio ad euincendam Gedanens. libertatem. Препровождается проектъ трактата и испрашивается мнѣніе пановъ.

Date eciam fuere littere antea ex parte eiusdem Ser-mi d-ni Hungarie regis pro parte Wratislawiens. civium transitum liberum habere volencium per terras regni versus Turciam, Tartariam, Moskouiam, Walachiam, quibus litteris Mtas R. respondit suspendendo decretum ad hanc dictam generalem. Iccirco Mtas R. defert ipsam rem ad deliberaciones d-nacionum vestrarum. Si tamen Wratislauienses mercabuntur libere in regno isto, mercatores Regni istius proculdubio decrescent, eciam ciuitates et opida et depositoria.... Ad eius rei consilium ac defensionem accersiendi fortasse essent Cracovienses, Leopolienses, Lublinenses et aliarum ciuitatum consules cum priuilegiorum copiis pro eorundem Wratislauiensium expedicione.

Dux Mazouie Conradus per nuncios et legaciones crebras pulsat Regiam celsitudinem eam petendo ut sibi reddat litteras ademptas

in Mazouia... Consueuit exponere dux ipse primum beniuolenciam suam, tandem impensas pro honore Regni in Slesia cum diuo olim Kazimiro rege et in Walachiam ad votum olim Mtis fraterne Regie coronacionem que Mtis R. factas... Certum est quia et imperiales et cruciferorum aliorumque principum nuncy ad eum descendunt sui quoque nonnunquam ad illos vadunt, ymmo visi sunt apud eum extitisse imperiales nuncy qui Moskouiam petebant, quod fieri aliter non potuit, nisi in nocumentum regni.

Secreto dicendum: Insuper tentarunt aliqui principes Germani contentacionem illi dare in partibus Almanorum, illumque ad Imperium transferre et terras Mazouie... Imperio ascribere.

Quare legacio in Hungariam per Reg. Mtem decreta, hactenus remorata est, d-ni de loco Cracovia ad Mtem puncta infrascripta per d. Iacob. Buczaczky secretarium intimarunt (f. 99).

О полномъ безденежіи.

Item quomodo Mtas Sua de Anglie Regis desiderata confederatione concludere faciat eiuscemodi confederaciones Et si ad aliud utiles non sunt propter distancias Tamen nomen et famam celebriores apud illas naciones ubi ignoti sumus faciunt.

De oratore Turco cum treugis pacis futuro apud Ser. d-num Hungarie regem dicetis d-m principem Sigismundum nobis consuluisse ut nos ab eadem non separemus propter causas.

Reginalem Mtem dominam nostram illuc missuram et petituram d-m Hungarie regem ut nos in easdem treugas pacis simul secum includat presertim si ille orator Turcus nostris oratoribus non expectatis expediretur.

... De mandato oratoribus dando si ineunda e(st) de terra Walachie confederacio propter mortem ipsius Walachi et mandatum fiat sub sigillo magno.

De nuncys Mgri Prussie ad urbem profectis ac laboraturis pro absolucione juramenti perpetue pacis, Mtem Suam debere scribere Summo pontifici vel d-no ep-po Poznaniensi ut cum Summo pontifice de hac re conferat.

Просить короля, чтобы изыскалъ способы quomodo stipendary in Russia sint retinendi.

Просить короля прибыть на сеймъ въ Пётрковѣ, si comode potest sine discrimine istarum (литовскихъ) terrarum et cum consensu d-norum Lithuanie.

1503. Vilne. Generosus d. Nicolaus *Ffirlei* vexillifer Cracouiensis anno quosuper preterito *ad imperatorem Turcorum missus redeundo litteras Treugarum attulit* infrascriptas (f. 100).

Ср. Inventarium p. 144.

Отъ имени султана Баязета. Dat. Constantinopoli die 9 octobris A. D. 1502. Фирлей возвратился съ турецкимъ посломъ въ февралѣ 1503 г. (см. f. 100 v.). Вѣрительная грамота турецкому послу отъ 8 ноября 1502 г.

Reuersalis treuga per Mtem R. oratori turco data (f. 101).

Миръ заключенъ на пятилѣтній срокъ, считая съ 9 октября 1502 года. Dat. Vilne die Martis 21 (febr.) a. D. 1503.

Legacio d-no Iac. Buczaczky secretario ad conuencionem Piotrkouiensem ex Vilna commissa (1503) (f. 102).

Изъ Московіи никакихъ извѣстій о результатахъ мирныхъ переговоровъ.

De inferendis ad terras Russie nouis incolis. Propter depopulacionem terrarum Russie que non aliter possunt defendi tucius prompcius et cum maiori quiete utilitateque tocius Regni quam si ille terre per se sufficerentur ad defensionem non quidem ad inuasionem, Forsan racionabile esset ut queratur modus quo mediante ad terras depopulatas illas introducatur populus novus et ad incolendum et ad deffendendum. Si de Regno istud fieret, Vre d. hic deliberarent quibus modis homines regnicole et de nobilitate et de plebibus mittende illinc essent. (Указать какія de bonis mense regalis и пустопорожнія земли въ Руси могли бы быть даны этимъ переселенцамъ ad profectum et utilitatem perpetuam illorum).

Ad idem de extraneis vocandis. Si aliarum nacionum populus vocandus non omnino impossibile esset, ad illud solum pingue et feracissim. venturos homines. Qui steriles incolunt campos. Qui lucrorum gracia sunt inventissimi. Qui glorie cupiditate militiam profitentur. Qui pro Christi nomine libenter certant atque contendunt. Qui aliquantulum consuetudini nacionis nostre proximi essent.

Regiones sunt diuerse quos uorunt hy qui unquam orbem lustrarunt, In quibus proculdubio inuenerentur tales qui ad incolendum illa loca venirent. Ut sunt regiones et homines steriles et impeditos habentes campos in partibus Almanie inferioribus, quos sola industria nutrit, vestit et alit. Ut sunt communiter Almani lucrosi, inuentissimi et curiosi qui ad sortem pertentant quicquid offertur quod lucrum afferret. Ut Saxones et Cassubarum incultissimus populus, sed

robustus. Ut Bohemi qui scriptores militariores esse affirmant quam alias naciones qui propter mercandi honorem et gloriam cuius semper sunt cupidi non omnino illi novitati aduersarentur. Qui et rittus mut-tant communiter Ad locaque novorum rituum venirent et tanquam locis Slavonicis proueniarentur et tutarentur ea pretendunt (cum) se Slavonie nacionum precipuos et nobiliores esse. Ut Franci, Hyspani et Angli qui libenter pro Christi nomine certant Et licet sint isti remotissimi et consuetudine et natura differentes a nobis, tamen Angli non omnino differunt a nacionibus istis qui etiam libenter peregri-nant et ad honorem Dei impendunt. Ut sunt alii Anglorum vicin pugnatores optimi et inopes Scotti qui leui sumptu persuaderentur primum pro bello contra paganos, tandem pro stipendio temporalii qualicunque leuissimo venturi.

Anglicana confederacio. Eciam si non accederet proposita Angli-cana confederacio, placeret Mti R. ut orator... mitteretur in Angliam faceret inicium confederacio proposita, quam Mtas R. credit impos-sibilem eamque leuipendit ex eo quod ille Rex non zelo fidei defen-dende intimauit perscripsit que voluntatem suam, sed per Mtem R. Hungarie requisitus, Et dum ita est non faceret copulatus, nisi id quod sibi prodesset. Prout non descripsit qualiter ipse, qualiter illi reges duces prelati et potentatus preter Hispanie Francie et Portu-galie et Napulie reges vellent facere auxilium istis regnis.

Et (cum) Francie, Hispanie, Portugalie et Napulie Reges facere possent non parum utilitatis nobis ex vi confederacionis huiusmodi, saltem naualibus consilys et auxilys, sed quia et illi inutiles essent, nisi Sedes Apostolica directrix fieret communis boni illius, Itaque et in illis regibus vis fere nulla esset sperandi auxilii absque Sedis Apo-stolice medio.

... Ex eo eciam Mtas R. non approbat Anglicanam confederacio-nem, quia Regnum illud consueuit forsan sediciosum esse Ratione vero sedicionis impeditum ad impendenda nobis auxilia Ymmo plus necessitans auxilys et fauore quantumcunque remotissimorum princi-pum, ut non destruatur sedicionibus, ac ne in sedicionibus per Fran-cie Regem occuperetur, qui per portum Cales commode illud inua-deret.

Non approbat etiam quia enumerat Rex infinitum numerum auxilia-riorum fraternum Regum et non demonstrat quibus vys illi auxilium prebituri essent nobis.

Всѣ эти соображенія нужно сообщить королю Владиславу, а сверхъ того еще слѣдующія:

Item Gubernator et regnum Swecie al-is eorum amicicia est necessaria Mti R. contra Moskouiam, contra Prussiam et Liuoniam si Liuoniens. federa rumpent, Dacie autem rex ac eciam Rex Scocie quos includit Anglie rex, bellum gerant cum Swecia et Lubicens. civitate, cum Lubicen. civitati Gedanensis est colligata cum nonnullis alys civitatibus cum Lubek confederatis. Itaque forsan esse incompetens confederacio Anglicana ex ea racione.

Ad idem pro oratore Romam mittendo. Sed si ad profectum et Regni et tocius christianitatis faciendum istud esset cum Anglis, Mittendus esset nuncius Romam doctus atque disertus qui premissa ordinaret et impediret factiones ordinis Prussie, Ad effectumque confederacionis obtineret ad regna illa et regiones ut populus educeretur ex eis locandus in finibus Regni istius, ad bella cum paganis gerenda, Et alia faceret contra ordinem que in scripto darentur illi etc.

Pro terrarum Russie defensione prompciori. Communis nowa ad defensionem institucio.

De Walacho. Ad sistendam Walachi insolenciam R. Mtas persistit in decreto oratorum Hungariam per S. Mtem decretorum Rogat ut d. Vre limitent et moderentur legacionem illam. Haberent que ipsi oratores informacionem ad respondendum pro confederacione Anglicana.

Hungaria. Optime quoque consultum esset, ut si Mtas R. d-ni Hungarie regis pacem cum Turcis habere dignabitur, includeret etiam Mtem R. fraternam, Regnum Polonie et Lithuanie, qtinus et pax et bellum simul gerantur habeanturque cum Imperatore illo de istis et pro istis regnis fraternarum Mtum, quam rem d-ni oratores obseruare debeant et michi Mtas R. commisit singulariter memorandum·

Oratores in Hungariam. ...Optat ergo et hortatur, consulant d-ciones vestre quod egrediantur et obseruent ut oratoris Turci aduentum, qui dicitur Hungariam venturus, non negligant.

De stipendarys in Russia. Deputandi vicereges prout videbitur.

Mandatum in Hungariam. Mandatum sub sigillo maiori Regni consentit Mtas R. dari dominis Hungariam decretis si V-re D-ciones limitabunt, qualiter pro Walachia transigendum erit, quibus hic mittit Mtas S. exemplum litterarum condam inter hec Regna et Lithuaniam pro Walachia scriptarum, et si Vre D. in thezauro Regni eas aut alias istis similes viderint, tamen iste inuente sunt in domo et familia d-norum de Buczacz, visis ergo illis et alys antiquis inscripcionibus, informent d-ciones vestre d-nos oratores, qualiter pro Walachia acturi conclusurique erint, ex quo mandata habituri sunt.

Dux Conradus apud Mtem R. per Iacobum curiensem suum legacionem habuit infrascriptam (f. 111).

Item d. meus Rex gr-ssimus notificat pre-ti vestre, quia Imperator Tartarie de fossa per certos oratores (suo more) notabiles, fedus perpetuum cum Mte Regia eiusque dominiis habere vellet...

Sciat vero quod eiusdem Imperatoris nuncius leuis, me presente auditus, inter cetera referebat congregari Tartaros forsan Walachi[1] qui clauculum, in potencia tamen non mediocri Regnum inuasuri essent. R. Mtas de illis subditos suos auisatos reddit.

1503, feria tercia Rogacionum *Wilne d. Erasmus prepositus Vilnensis Romam orator decernitur cum obediencia*, cui data sunt puncta infrascripta (f. 113).

... Ordo Prussie diversis cautelis rehabere nititur Prussiam, subditosque Mtis R. sibi allicit, oratores insignes ad Imperium et Romam direxit illa unica racione terrarum Prussie rehabendarum.— ... Magistri Livonie oratores secuti sunt illos alios Mgri Prussie oratores, qui Mgr Livonie, ut verissimile est, aut contra Lithuaniam aliquid moliri cupit, aut quia Mtas R. pacem decrevit cum duce Moskovie tractari, quam Mgr Livonie non approbat, Licet enim direxerit suos oratores cum R. Mtis oratoribus Moskouiam pro pace, tamen maluisset non intermisisse bellum, Sic veretur Mtas R. quod ipse etiam Livoniensis et Rome, et in Imperio auxilia queret, forsan simul et contra Mtem R. et contra Moscos.—Поэтому предполагается послать въ Римъ посла для улаженія прусскаго вопроса и полученія какой-либо помощи въ интересахъ Королевства и Руси [1].

... Tamen preter id et illa atendenda essent puncta pro nouis gentibus ad incolendum et defendendum Regnum deducendis sic, ut istud Scriptum continetur in legacione d-ni Buczaczki, que omnia facilius duci possent patrocinio Sedis Sancte accedente, que illis regibus et potentatibus, illarum que patriarum prelatis mandaret hortari christifideles, ut pro premio salutis perpetue et non minus pro temporali contentacione conferrent se incolatum ad fines Regni Polonie contra paganos pugnaturi...

---

[1] Сверхъ того предполагалось просить папу о переводѣ прусскаго ордена (ut translocaret in alias prouincias christianorum regum, remouereturqueque illud a Regno impedimentum perpetuum, quo obstante quociens Reges Polonie arma sumerent contra infideles, tociens cruciferi bellum Regno a tergis mouent et regnicolas a bellis contra paganos institutis communiter distrahunt. См. f. 123.

Предполагается просить объ уступкѣ извѣстной части сбора динаріевъ св. Петра и пошлинъ съ духовныхъ завѣщаній на выкупъ плѣнныхъ у турокъ и на укрѣпленіе пограничныхъ крѣпостей, и т. д.

Iterum committuntur puncta d-no Erasmo ad consiliarios Regni Polonie (f. 116).

Intimabit Mtas R. per litteras, tamen michi quoque commisit referendum Vris D., quia redierunt oratores ex Moskouia treugis ad sex annos confectis. Verum quia dux ille nichil redidit, Et insuper adjecte sunt condiciones quedam que in breui rescindent verissimiliter pacta treugarum, itaque Mtas R. non confidat illi. Unde prout per oratores et litteras suas pollicebatur Mtas Sua, licet voluerit redire ad Regnum, tamen timet eius Mtas se impediri ex parte illius hostis in Lithuania.—Quamobrem Ser-mo d. Hungarie Rege nuper scribente S-ti Sue de Walachie palatino sic ut videbunt d. v-re, quod tanquam speranda esset composicio per medium Ser-tis Sue futura cum palatino, Licet quoque Sue M-ti fraterne Mtas R. (responderit) sic, ut istud exemplum continet, tamen Vris D. (commisit) referri, quia eius Mtas (libens) videret ut bono ordine cum honestate Sue Mtis et Regni illa fieret composicio, nam timendum est quod Mtas R. impedietur ut non adeo tempestiue posset intendere isti negocio Walachie ut opus esset. Velint ergo dom-ciones V-re decernere et informacionem scribere, qualiter oratores in Hungaria debeant concludere negocium reuisionis illius, quam d. Hungarie Rex vult habere, si Bohemi censores esse debeant, vel quis alius, quo numero conueniendum erit, si hungari admittendi sunt ad tractatus illius reuisionis. Si aliter fieri non posset quod absque hungaris nollet palatinus se committere cognicioni bohemorum aut aliorum, quid faciendum, et si terminus ille pro Natiuitatis Marie[1] est competenter prefixus, de quibus d. v-re porrigant informacionem Suam d-no Archiepiscopo.

Item Mtas R. quos dominos decernet ad illam reuisionem ut Sua S-tas eos tempestiue institueret, vestre d. consulant. — Item eisdem ad reuisionem ituris, unde expense habende.

Sacre Mai-ti Regie Hungarie per Erasmum dicenda (f. 117).

...Quia V-re Mtis d-nus Sigismundus Zanthai sue quoque Ser-tis oratores redierunt ex Moskouia, Et licet pax fuerit ad certum tempus confecta, tamen tirannus ille una cum affine Walacho Tartaros et alios hostes paganos subordinant contra Mtem Suam. — Sic quoque

---

[1] 8 сентября.

uterque scismaticorum eorundem confederaciones cum paganis eisdem faciunt ut dominia paterna Mtum Vestrarum et presertim Lithuanie ducatum occuparent. — Unde est quod Tartarus omni tempore non cessat vastare regnum illud, Walachus Stephanus quid fecerit et modo faciat Vra Mtas alys intellexit. Moskovie dux per vim auri Tartaros semper dirigit contra Mtem R. Et insuper ipse principibus et regibus inferiorum parcium Germanie se connectit cum quibus Magr Prussie confederaciones habet, Sic negocia inuoluendo ut Magrum Prussie sibi in auxilium asciscat et Mtis V-re vires distrahat a defensione dominy Vre Mtis paterni Lithuanie.

Quapropter licet d. Sigismundus cum redierit referet Mti Vestre qua dux ille feritate innata negocia ducat, ac que spes fuerit pacis ex parte illius hostis, qui directe hostis communis censendus est, Nam auitos paternosque ducatus Lithuanie occupare contendit, Tamen per nos eciam Sua Mtas querimoniam simul quoque necessitatem Mti Vre fraterne Regie exponit eam rogando dignetur fraternis consiliis et auxiliis eam adiuuare.

Ne vero idemipse hostis per Prussiam aut Pruteni per Moskos insidias pararent Mti R. nouas illique Regno difficiles, legauit me eius Ser-tas ad pontificem summum cum obediencia prestanda, Ubi prestito sedisancte catholice profesionis debito supplicaturus sum Sanctitati Sue pro confirmanda pace perpetua cum Prutenis scripta et pro alys Sue Ser-ti Regie prestandis commodis.

Ad idem ut supra (f. 117 v.).

In altera audiencia dicendum et responsum afferendum Mti Regie Polonie:

Spectabilis Radul waywoda Transalpinus et (occon) vestre et illi fraterne Maiestatibus honesta, Scripsit litteras domino nostro Regi graciosissimi, rogando inter alia Mte R. scripta, ut eius serenitas preces suas fraternas ponet pro illo ad Mtem Vram Rgiam pro certis bonis auitis ac paternis in Regno Hungarie ad eum pertinentibus et forsan illa nominauit Amlas fogaras Ronde etc. Vestra tamen Mtas et prelati Hungarie Regni sciunt illorum denominaciones Quapropter quoniam palatinus ille offert se Mti Vre R. Regnoque Hungarie seruiturum fidelissime, Mti etiam R. domini nostri grac-ssimi Regis se commendat. Iccirco Mtas Sua pro eo peticiones porrigit Mti Vre dignetur palatinum illum in ipsius peticionibus consolatum efficere. Forsan dabit Deus optimus aliquam commoditatem quod ille aut proles sua seruata fide Mti Vstre et Regno suo merebitur illud cum gloria et profectu huius incliti Hungarie Regni. quidquid autem facere dig-

nabitur dignetur graciosum prebere responsum ut dominus noster Rex graciosissimus palatino illi respondere sciat, sic autem responderet libenter, ut ille fauori et munificencie Vre Regie Mtis plurimum confideret.

Salutem cum serviciorum promptitudine fideli famulatu Serenissime princeps et domine nobis gratiosissime. ea que per familiarem vestre Stis vidct Nicolaum [1] vexilliferum et capitaneum Cracouiensem nobis intimauit simul et scripta eiusdem Vre S. sane sat intelleximus. Nos autem quemadmodum fratri Vre Serenitatis vczt Iohanni Alberto condam Regi Polonie cum fidelitate et seruiciis fuimus, sicuti etiam Regi Hungarie domino Wladislao domino nostro grac-ssimo eodem modo Vre serenitati quoadusque Sp(irit)us regit artus nostros. Una cum toto Regno nostro fideliter seruire indesinenter volumus Quemadmodum autem idem condam frater Vre Serenitatis nobis graciosus fuit, sic et ab eadem expectamus, seruicia autem nostra si qua placuerint Vre S. in (ullo) nobis indulgere velitis. Nos enim sumus parati ad queuis seruicia eiusdem Vestre Ser-tis. Igitur notum sit Vre Ser-ti quod nos quasdam hereditales ab awo et protawo jureque protauico in Regno Hungarie habuimus vezt. Amlas et fogoras ronde nomine ducis vocauit ut pro nostris fidelis seruiciis idem charissimus frater Vre Serenitatis reddifacere velit et dignetur, ex quo siquidem ducatu Vris Stbus eo fidelius seruire possemus ceterum ex latore presencium V. S. lacius intelliget cui eadem fidem dignetur adhibere indubiam. valeat Vra S. per tempora longa, Regno que suo supersit felix ad vota. Ex Targauistia feria quarta ante festum S· Elisabeth[2]. An. Dni 1502.

Radul Dei gracia dux de amlas et
fogoras.......que transalpinensis.

1503. *Ex Moskovia relata Theodrici Notarij quando a Sigismundo hungaro oratore reuertebatur et afferebat salvumconductum oratoribus* (f. 125) Extr.

Dominica Circumcisionis [3] data est d. Sigismundo audiencia per ducem Moskowie, ubi per ipsum d. Sigismundum expeditis salutacionibus, d. Georgio interpretante, postquam peroracionem legacionum ventum est me Theodrico interpretante, Ipse dux cum diligencia

---

[1] Firley.

[2] Въ ноябрѣ?

[3] 1 января. См. Сб. Р. Ист. Об. XXXV № 73 стр. 341.

id quod ad pacem et concordiam videbatur pertinere audiebat. Quoniam autem tarde erat iussit sibi legaciones ipsas in scriptis dari. Dominus itaque Sigismundus papalem legacionem ipsi obtulit [1] Sed regalem secum non habuit, quam pro alio die policitus est perorare. Eodemque die prandio invitati sumus, quo pro more eorum satis honorifice tractati sumus. Postera autem die vocatus est d. Sigismundus ad perorandam Regie Hungarie legacionem Sed propter casum quem ipso die Circumcisionis subierat [2], solus ire non potuit, Sed legacionem ipsam d-m Georgium [3] et me [4] transmisit in scriptis, quam satis grate, nosque multo hilarius quam prius suscepit datisque ciphis [5] per Boyaros intimauit nobis ad omnia d. Sigismundo respondisse velle, tandemque nos ad hospicium remisit. Eodemque die notary ducis vidct Daniel Hitalus et Bohdie pro me miserunt ut ad tractandas legaciones in Castrum ad eorum hospicium veniam Quod et factum est et transpositum diligentissime, nullo articulo ommisso. Postea quoque alias in octaua Epitania vocati sumus ad principem, ubi d. Sigismundus oblatis muneribus dixit in latino hec verba. (Слѣдуетъ изложеніе вкратцѣ даннаго ему порученія и отвѣтъ великаго князя, также въ болѣе краткой формѣ, чѣмъ онъ изложенъ въ русскомъ отчетѣ. См. Сб. Р. И. Об. стр. 350 сл. и А. З. Р. стр. 258 [6]. Іоаннъ отвѣчалъ, что онъ какъ напередъ того за христіанство противъ поганства стоялъ, такъ и нынѣ стоитъ, и впередъ уповая на Бога хочетъ за христіанство противъ поганства стоять, какъ Богъ поможетъ, и проситъ у Бога того, чтобы далъ Богъ, христіанская рука высока была надъ

---

[1] Подалъ грамоту отъ папы Александра VI, вѣрющую грамоту короля Владислава и 2 грамоты кардинала-легата Регнуса и рѣчь говорилъ отъ папы. Переводы ихъ тамъ же, стр. 341 сл. и А. З. Рос. I, № 192, стр. 250 сл.

[2] И посолъ тоѣ ночи пьянъ розшибся, да за немочью съ королевыми рѣчми не былъ.

[3] Юрьи Аповской воеводка.

[4] Капланъ Дитрикъ.

[5] «Посольство» короля Владислава см. въ Сб. Р. И. Об. стр. 347 сл. и А. З. Р. стр. 192. Цѣль отряженія противъ поганыхъ: имъ не токмо королевства и начальства Угорское, Польское, Литовское и Московское отъ нахожденій наихужшихъ врагъ креста Христова избавятся вѣчно, но такожъ и царства Греческаго пріобрѣтеніе будетъ; просьба короля—не запинать этого святаго отряженія враждою своею и бранью, кою Литвѣ понесе, дабы король польскій могъ соединиться съ другими христіанскими государями ко отряженію святому, и створить иная, кая прочіи началники христьянскіе за пріобрѣтеніе царства Константинопольского и про защищеніе вѣры христьянскіе творити помышляютъ.

[6] Ср. также выписки Буссе изъ Литовской Метрики (ч. VI, л. 455 сл.) въ Моск. Рум. публ. библіотекѣ, стр. 256 сл.

поганствомъ; но затѣмъ перечислилъ неправды Александра противъ него, не дозволяющія ему примириться иначе, какъ по исправленіи ихъ).

Ad hec responsum est per d. Sigismundum (f. 126): De eclesia Vilne fabricanda nichil scio dicere quam illud non fui, Sed de eo quomodo sue I. d. pro sua connata consuetudine seruatur in legacione dixi ita (enim) commissum est per d. Kardinalem et per Regiam Mtem ut Suam Illustr-mam d. vidissem et ad eam (enim) specialem a R. Mte habui legacionem. Ad cuius Reginalem Mtem dum legacionem ipsam perorare veni ad Castrum, sua tunc Mte in ecclesia Ruthenica existente, ubi vidi et audivi in prefata ecclesia diuinum officium pro more grecorum cum tanta solennitate et campanarum pulsu celebrasse, quod nec hic vidi, nec audiui Tandem post divina sua Reginalis Mtas ad palacium iuit ipsam multi curiales qui secum fuerant in ecclesia precedebant Multeque domine et virgines sequebantur.

Рѣчь отъ имени Іоанна (Сборн. стр. 356 сл., А. З. Р. стр. 259 сл.).

Сантай отвѣчалъ, (f. 126 v. и 127) что онъ венгерецъ и что не его дѣло входить въ разсмотрѣніе взаимныхъ обидъ, а такъ какъ вел. князь согласенъ помириться, то слѣдуетъ пригласить польскаго короля прислать пословъ (А. З. Р. 263).

Отвѣтъ отъ вел. князя (А. З. Р. стр. 264).

Responsum ducis Russie d-no Sigismundo de ruteno in latinum translatum (А. З. Р. стр. 257 сл.) f. 127 сл.

Isti tractatus sunt Moskouie conscripti per notarium Gereczki, qui in aduentu oratorum dicti sunt per Sigismundum, oratorem hungarum coram duce Moskouie (f. 129).

Далѣе слѣдуютъ переговоры Зантая и польскихъ пословъ съ боярами, помѣщенные въ А. З. Р. на стр. 278—290.


1503. *Littere ad Reginum Cardinalem de latere legatum* (f. 135).

Rev-me in Christo pater... Postquam venerat ad nos egregius Sigismundus Zanthai, capitaneus aulicorum S. Mtis fraterne Regis Hungarie, Attulerat nobis a vestra paternitate consilia ad agendam causam nostram cum duce Moskouie necessaria, qua in re et si vestra paternitas officium suum facere visa est, non enim hoc bellum quod his superioribus annis gessimus et gerimus ad nos modo attinet, Verumeciam toti Christiane reipublice impendere, ipsamque vehementer urgere videtur cuius necessitatibus prospicere et opitulari, Vra p-rnitas in has oras a Sanctissimo d. nostro missa est, fuere tamen res ipse nobis pro hac singulari vestre paternitatis erga nos beniuolencia,

qua nobis et regnis nostris omnia ex ani(mi) nostri sentencia succedere optat, singulariter grate. Qualiter autem dux ipse Moskouie his ipsis in rebus se gesserit postquam iste ipse Sigismundus sacrosancte Sedisapostolice ac vestre p. mandata sibi exposuit, quid denique struat et moliatur contra nos facta pace et (quando) sit fides habenda homini plusquam punica perfidia predito, ex eo vestra paternitas cognoscet. Nos itaque V-re paternitati negocia et regna nostra nobiscum commendamus rogando summopere ne nobis apud Sedem ipsam Apostolicam totumque illius sancte Sedis collegium deesse velit, res que nostras promoueat, ne in tantis non modo nostris sed tocius christiane reipublice periculis, quibus undique ab infidelibus circumdati sumus, Sedes eadem destituat consilio et auxilio Apostolico. Nos vero omnibus modis vre p-ti referre graciam semper presto erimus, ubi cognouerimus qua parte in aliquo ei gratificari possimus... Dat. Wilne XXII Iunii, a. D. 1503.

1503. іюня 22. *Littere ad Ser-mum d. Hungarie regem* (f. 135).

Выраженіе благодарности за посольство Зантая въ Москву для мирнаго посредничества.



Nach der Aufnahme des Hauptm. v. Dürrich, u. d. Originalen gez. v. G. Eberlein. 1846.